Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Philosophia sacro-profana - Cod. Ettenheim-Münster 370

Visler, Ferdinand

[S.l.], 1677-78

urn:nbn:de:bsz:31-132965

Visual Library

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

E M 370

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

B. XX. 5

E. M. 370

G. B. HOFBIBLIOTHEK KARLSRUHE

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK

gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

E.

E M 370

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK

gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

E M

Philosophia
Sacro=Profana.

Logicam, Physicam, et Metha,
physicam Complectens.

Annotata ex Ferdinando Visiero
in vniversitate Dilin,
gana Philiæ Pro,
fessore Or,
dinario.

A Me Fratre Gabriele Messer,
Schmid, Tunc temporis Philosophiæ
studioso, Monij D. Ottonij in
Brisgoia Monacho Professo, Ao. 1677.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

#

Candido, Sapienti et Pacifico Lectori Philosopho:

Philosophus Salutem, et Pacem.

Pax plenum virtutis opus, Pax summa laborum,
Pax belli exacti prætium est, prætiumq̃ pericli,
Sydera Pace vigent, consistunt terrea Pace,
Nil placidum, ē sine Pace Deo, nec munus ad Aram.

Ita gō Philosophe philosophare, et argumentare; Ita Naturæ abdita et Secreta sectare, et scrutare, ut non aliquando Ille Qui pacem posuit fines Ecclesiæ cogat Illā Te privare. Sapientes n. huiq Mundi stulti facti sunt coram Deo; et Indocti et stulti Sapientes: Hinc Illæ S. Augustini Querelæ dum in has voces erumpit: Surgunt Indocti et Coelum rapiunt, et Nos in nostra stultescimq Sapientia; Paulos, Antonios loquor, Illi nos præcesserunt, et Non pudet l. saltem sequi; Surge gō mi Philo, relinque hanc terream glebam, cui hactenq turpiter adhæsisti, excute torporem, leva oculos tuos, Tolle, Lege, et sequere

Proœmium ad Lectorem.

Sapia ædificavit sibi Domum. Proverbior. 9.

Salomon Phlorum sapientissimus, sapiam divinam in theatrum produxit, construentem sibi academiam miræ pulchritudinis, invitaturus deinde universum terrarum orbem ad divinæ sapiæ lectiones frequentandas convivij utitur allegoriâ, sapientia inquit ædificavit sibi domum, excidit columnas septem, immolavit victimas suas, miscuit vinum et proposuit mensam suam, misit ancillas suas ut vocarent ad arcem, et ad moenia civitatis. Quis vo Regum sapientissime huius academiæ extitit architectus? Deus gloriosus, qui huius mundi domum e nihilo ædificavit, distinxitq columnis septem; Quatuor videl. Elementis, et tribus Coelis, proposuitq mensam, in qua apposuit Angelis et hoibus oem creaarum mundi ornatum splendidissimum, ut ho ex decore rerum visibilium in admiraoem pulchritudinis architecti invisibilis, binis aræ pedibus illu et volte exurgeret. Aerem igr diversicolore altilium grege; maria et flumina natatili piscium turma; Quadrupedibus sylvas feris, et terras foecundis replevit

odoribus et oleribus, ut nunquam mensa deerent quibus se curiosa mens exsatiaret delitijs; ne vero noctis inamoenae tenebrae convivis aspectum gratiamque ferculorum eriperent, per totam aulam quaquaversus faces sydereas e tabulato, (quod caelum esse suspendit inferius et pavimentum (terram illigo) auro stravit, gemmisque, quae concepto ab astris immisso lumine gratissimae varietatis lucem in convivas reflectunt, ut nihil dicam de musicis aviculis, quas ut suavi concentu convivantium aures demulcerent accivit, nullo alio solario, quam quod abundantem omnibus toto anno provideat annonam omnipotens architecti liberalitas. Convivio hunc in modum apparato, misit ancillas suas ut vocarent ad arcem, invitatos, domumque convivij. Ancillae hae quae divinae ancillam sapientiae, scientiae sunt tam Practicae, quam etiam speculativae. hae ~~quoque~~ quoque omnes invitant animal rationis capax, hominem ad divinarum notitiam rerum, Et licet aliquae earum infimum aulae locum occupent, nec ultra sensus assurgant, gradum tamen in lustrio scholari in eadem condignoem parant, quam scientiae speculativae incolunt abstractae a sensibus, propiores iam Deo et D. sapientiae a cubiculis. Invitant illae te ad regiam mensam Philosophe, quae iam parata sunt omnia, ea tamen condicione, ne sis tantum delitiosus delitiarum spectator; quales fuere

æthnici; qbs ctrus sapia D. ad convivas Inter-
pres: de mensa vo mea non gustabunt intermi-
natz, sed vt comedas et bibas cum SS: id e vl-
tra notitiam et nudum Illigiæ aspectum volun-
tatem pascas cibo devotionis, et vino lætitiæ in
divinas conditoris laudes erumpentis; Hæc n. e
vita æterna vt cognoscant te Patrem et spum
sctum Deum verum sn fuco, unum sn composioe
bonum sn defectu, et quem misisti Jesum Chrum.
Cum itaq Phlia nra D. sapiæ a cubiculis ancilletz,
invitat illa oes auditores suos, ad comedendum de
mensa tam liberalis Patris familias huius vniversi.
propinat vberem maam quam internis aiæ labijs da-
libes, vt amore Divino ebrius in laudes architecti
effundatz animus. Quot creaarum essias et pprie-
tates pspicaci Illus lumine Physica rimatz, totidem
vocibus tibi acclamat, vt ex huius orbis qualibet
parte veluti vngue omisciam artificis potentiam
conycias, cognoscas, et cognoscendo ames, amandoq
inebrieris.

Neq logica tam sterilis et exsucca e, vt non
abundantem sitienti salutem suæ aiæ, fontem
piarum sanctarumq cogitaoum; Quoties n. Ter-
minos cogito, toties quatuor novissima vitæ meæ
extrema mentem verberant, terroreq concutiunt,
Decem quoq prædicamenta, totidem quoq præ-
cepta decalogi ingerunt. Phlus non es, si
illa ignoras, si hæc non observas, non es Christianus.

Quid de signis dicam? mala tua peccandi consue-
tudo aperte me ducit in cognoem æternæ damnaois
secuturæ, toties vrceq in puteum descendit, vt
aliquando demergatz, toties peccatorum ictibq mi-
acribq pulsas misericordiam Patris, vt tandem
excutias fulmen Judicis. Et hanc ee signum
ex consuetudine negabis? Viden igr et logi-
cam Dei sapiæ ancillari, et auditores suos ad
convivium evocare, et non adeo ieiunam sacra
cogitoum suggere maam? Quare ne mihi do-
centi quod olim discenti phliam (vt mox enar-
rabo) prima veritas in morte exprobret, vo-
cavi te per ancillas meas logicam et physicam,
vt rerum naalium cognioe tnqi schola in Condi-
toris notitiam amoremq dulce aræ convivium ex-
ungeres, et renuisti; propterea et ego in inte-
ritu tuo quem per gradq superbiæ, aliorumq
contemptq, ac desideria earundem infamiæ, ac
confusionis lethalia vulnera aræ venenaq
charitatis mortifera tibimet ex philosophia
ad inferos æternis, ridebo; Ne inquam Judex
sapia hoc mihi in morte obyciat, ad logicam
pergo quæ mortis non timet go.

Juvenis studiosq (vt refert P. Domini-
cus Ottonelli fide et religione dignq e societe)
gravi morbo, tandem ad extrema deductus e,

Invisit ipsum ægrotum ipse Professor (ut fieri amat) et Juvenis et logicæ, post varios hinc inde sermones, cum inter cætera æternitatis incideret mentio, Discipulum suum obtestatur Magister, ut Deo non invito statum sibi suum in altera vita post mortem referat. moritur itaq adolescens, et post paucos dies magistro suo præsentem se offert, amictus umbræ erat miserrimus, super caput n. pileolum gestabat, qui exterius qdm innumeris paralogismis erat descriptus, interius a. acris flamma exedebat. Non cognovisset umbram Præceptor nisi verba prodidissent Discipulum. Ego inquiebat sum illa tuus philiæ ~~candid~~ candidatus, et quod tibi iniucundum, mihi est intollerabile e, eheu! damnatus pileolum hunc doctoralem, quem supra verticem circumfero, quo coæquales meos despexi, superbia imposuit, et turris instar immensum me nunc gravat ac supprimit, sed Ignem respice qui subtus circumquaq diffundit, Ecce flamma! eheu! flamma quæ continuo intima pectoris sine morte depascitur, ô luxuria! ô flamma infernalis, tu mihi has crudelis parasti voluptates, Quia te perdita iuventus mea deperijt atque utinam perirem, et saltem vos voracissimæ flammæ mei miseremini, et hos artus, hoc caput, hos pedes, manusq, miseram hanc aram in pulverem redigeretis, sed frustra sum, momentanea voluptas æternitatem

mihi poenarum succendit; Tu vō Magister huc affer manum tuam, ut mea perditio, sit initium tuae salutis, quo dicto manui praeceptoris unicam igniti sudoris sui guttam immisit, et dicto citius perforavit, qui insano pertusae manus dolore saucius, posteaquam hac sua plaga multorum aīos persanavit et aīas, ipse quoq; ut aeternos effugeret cruciatus et scholae et mundo cui hucusq; serviciat valedixit, his duobus versiculis in rei memoriam relictis:

Linquo coax ranis, cras corvis, vanaq; vanis;
Ad Logicam pergo, quae mortis non timet Ergo.

Ita ille, Ego a. idem mihi, meisq; phtis carmen accino, ad logicam pergo ⁊ quaenam verò haec Logica inquis?

Tolle et lege.

Logica.

Cogitatio sacra de Terminis in gre et in specie.

1. Homa ē propositio Logica.
2o Huius ppōis tñi sunt corpus et aīa.
3. Corpus quidem ē subtm.
4 aīa a ē pdtm.
5. Prædicatio innāalis ē qndo corpus prædicatz, locum nobiliorem occupando.
6. Quatuor novissa st tñi reliqui pdictæ ppōis.

Quemadm vt supra vidimus in phlia profana propositio hbt tres partes, ita tu Phle et Ego, ac hoīum quilibet ex subto constamus, pdto et copula. Corpus qdm aīæ aut subycitz, aut oporteret subyci velut ancilla Dominæ Eue subtm. Aīa vo advenit māæ in vtero materno iam dispositæ, eamq (vt loquunr Phli.) informat, en formam, Neq copula aut vinculum dee, non qdm identitatis, nam pnt separari, sed quod vnionem physicam appellant, qua resoluta per mortem, remanent tm corpus et aīa, corpus qdm sepulchro abditz; aīa subinde in infero sepelitz siccine separas amara mors!

Sicut q libet ppōo sic et hōo tribus constat partibus.

Resolutione facta /: ablata vnione psa tqm nexu & copula :/ remanent tm corpus & aīa.

Hoc Microcosmus.

Neq adeo absonum est aut debet videri, corpus potius subtm et aia pdtm, quam vicissim compellari, Quid n. si homo universi huius quoddam compendium est, in quo Coelum est mens ipsa, seu spus et aia rōalis; sol deinde qui microcosmum sua luce animat, sit Illus, lunae mutabilis vices volubilis voluntas subeat, Saturni typum gerat phantasia; Jovi Judicium Marti correspondeat appetitus irascibilis, concupiscibilis vō Venerem imitetur, Mercuriumq ingenij referat facultas, sanguis dnq aquae, Ignis bili, pulmo spu attracto aëri ossa vō saxis et montibus, terraeq caro proportionetur, vide quam prudenter agas Phle, aiam carni dum subijcis, et terram supra Coelos turpi statuis errore! Quam vellem ut mihi scribenti in psentia adeent ac errorem suum spectarent ij oēs, qui quanto peiores Christiani, tanto deteriores astronomi, dum aiam corpori, et Coelum terrae subijcunt, quid agitis inepti? an terra coelo imminet? aut coelum terrae incumbit? num haec ab illo, aut coelum a terra patitur? Quid go malesani immortalem aiam, quae Coelum est, corpori quod pulvis et cinis est subijcitis? Ne vos qui universi huius systema, dum vivitis in hac vita subvertitis post hanc quoq vitam universum migrabitis in orbem, ubi aiam vestram, quam terrenis voluptatibus indigna subiecistis sorte, ultrix iustitia terra concludet, ut Coelum sit post obitum eo loco quo illud habuistis in terra, infimo nimirum terraeq subtm orco videlicet conclusum.

In pphia Chtiana ille malus astronomus, q aam corpori subijcit.

Invertite gō quam malè fecistis Astronomi, meliores Phli propōem, et dum aīam carni pdtm subto, quod innāale ē subiecistis, mutato nunc et ordine hanc illi supponite ut nāalis sit pdicāo dum subycir idem, quod aptiꝰ ē subyci, caro nimir:, et prædicatꝫ quod ē aptiꝰ prædicari nobilioremq obtinere locum aīa videlicet, sub te erit appetitꝰ tuus, et tu dominaberis illiꝰ. Genes. 4.

Non aā corpori, sed corpus aā subiciendū ē, ut nāalis fiat pdicāo.

Coeterum præter subtm et pdtm alij adhuc tni sunt quorum notitia magis nititꝫ Phlia Christiana, quam suis niti pōt Artica. Diximꝰ a tnum ēē extremum propositōis, hoīem et enuntiationi comparavimꝰ, quare extrema hoīs, extrema quoq sunt illiꝰ propōis de qua agimus, subsumo, atqui tot sunt extrema hominis, quot novissima, (: non audes negare:) et novissima hoīs sunt quatuor, ut pueri in plateis decantant, quatuor gō sunt extrema, et quod sequitꝫ inde, quatuor termini allatæ propositionis.

Præter sbm & pdm, hōo, alios adhuc sunt tres. & sunt illa 4, extrema hois.

Prævideo inquis, neq invito iam mihi persuades notiam horum quatuor terminorum ēē inprimis utilem atq necriam et ad proficiendum in Phlia sacra, ita ē Phle Christiane, ut ad eximiæ virtutis apicem, quo te manu ducit Dialectica sacronova pertingas, ut Cœlum Beatorum regiam, cuiꝰ tibi claves suggerit hæc logica subeas, nihil horum tnorum firma apprehensōe opportunius, nihil importuniꝰ eorundem aut ignorantia turpi, aut oblivione infelici; Memorare novissima (: ait Dei sapientia:) et in æternum non peccabis; aut quod idem ē virtutis culmen conscendes, Cœli atrium oī remorā submotā tibi patet, ingredere. Sed Deum imortlem,

Notitia 4 Novissimorum ad profectum in Schola Chri n tm utilis ē, sed & nēria.

quam labilis ē memoria nrā Phli, nihil frequentius occurrit sensibus quatuor novissimis, et quod, nrā iniuria ē, nihil facilius pudenda oblivione sepelimus, transeunt quotidie praeter oculos nros elata cadavera, quae mortalitatis oblitum iubeant respicere ad mortem, nos autem in magna strage morientium, tnqi immortales nihilominus quam nos quoq̄ etsi diu vixerimus brevi morituros ēe cogitamus. Tota aestate praenuntia imminentis Judicij tonitrua audimus, ominosa irati Judicis fulmina intuemur, et perhorrescimus, et tn veluti nunqi Judicandi ijsdem constanter peccatis, Judicis iram in vitia nrā armamus. Si lis moveretur de vacca aut Equo, caam nram quovis die horis singulis ac poene momentis aro revolveremus, oia illam verba loquerentur, nec quidquam laboris aut curae, ut pro nobis Judex pronuntiaret, subterfugeremus, extremo a Judicio ex quo pendet beata aut miseranda aeternitas impendente ridemus, peccamus, perimus, ô dementiam!

Neq̄ hic gradum sistit aut stultitia nrā, aut malitia et inferni memoria, tnqi somnij aut umbrae aro facile elabitur, neq̄ Coeli recordao, quod sol de die radijs suis, tnqi digitis ut suspicias notat, de nocte quoq̄ syderum Chorus sperare iubet, animum nisi quam rarissima subit, aut ut verius quid dicam praeterit. et tn post mortem quae plerosq̄ incautos ferali ictu praeoccupat, l. inr superos lactandum, l. cum inferis, ô miser! eiulandum ē. Duo inquit Caesarius Arelat. termini sunt, nihil ē medium, duo sunt, aut n. in Coelum ascenditur, aut in infernum descenditur. haec ille. Nos sumus medij inr haec duo, sursum ē Coelum, deorsum

Tri hois duo, scil: Coelum, & infernus.

infernus, supra caput aeternitas, infra pedes aeternitas, utrinque aeternitas, hic rerum omnium vanitas, vide quid eligas, semel male elegisse, est perijsse aeternum!

Illud est vobis Caietani dictum in mentem revoco. Circulus et scriptio (inquit) me fecere doctum, idem Ego vobis accino circulus aeternitatis et calamus memoriae, quam in mente vestra hunc circulum describitis facient vos huius Dialecticae peritos: Alijs Ego id ipsum verbis expressi, quando meos olim institui; qui cum laude, inquiebam, Philiae operam navare vult annotet dubia, quae scrutanti sua scripta occurrunt, et sedulo atque constanter cum suo aequali repetat necesse est. Idem enimvero de nova hac logica pronuntio, dubium est mi Philo an amore an odio dignus sis, nota, incertum est, an sis perseveraturus in gratia, nota bene, nescis qua hora, quo die, quo momento sis ex hac vita ad praemia bonorum operum, aut delictorum supplicia evocandus. haec in tua memoria diligenter tibi conscribe, erit harum annotationum magna tibi in conversatione utilitas; adest n. fallax et illaqueans mundus pomum tibi aureum offert, si derelicto vero Deo tuo adoraveris Mammonam, grave argumentum Philo, ubi aurum et argentum medium sunt videtur antecedens sat bonum, at pessima contia latet. facilius est inquit D. Sapientia Camelum perforamen acus introire, quam divitem intrare in regnum Coelorum, Ecce difficilem consequelam, accedit caro, et suavius animum tuum blanditijs et voluptatum pulsat illecebris, nisi vir, es, expugnabit.

Comedamus et bibamus argumentatur illa, cras n. moriemur, quid tu ad haec? admittis praemissas, crapulam et

venereas voluptates, actum ē, insaccaberis, ab infernali sophycta Daemone, Contradic gō carni, nega, quam malè fecit contiam, non comedamus, non bibamus, cras non moriendum ē, memorare novissima terminos logicae tuae, recole notata, momentaneum quod delectat, aeternum quod cruciat.

Alterum deinde medium facilius in sacra hac Phlia proficiendi diximus ēe circulum, s. repetitionem, eia igr quae semel didicisti, ne tam citò effluant, fortiusq̄ labili affigantur memoriae, constantèr repete, rectè apprehendisti vitae tuae quatuor tnos, mortem incertam, certum Judicium, factum bene, memorare et repete, certa tibi ē illa primae veritis conclusio; Nil prodē hoī vrsum mundum lucrari, aīae vō suae detrimentum pati; repete quid prodē hoī momentanea voluptatulā potiri, et in aeternum post hanc vitam in infernis cruciari? repete quid prodē hoī ad honoris apicem eniti, ac deinde eo graviori casu quo altiore in tarthara praecipitem fieri? repete iterum, iterumq̄ hanc verissimam propositionem.

Cogitatio sacra de Universalibus.

1. Genus tibi à Deo ē, degenerem ne te exhibe.
2. Species ab Adamo, quid superbis?
3. Differentia à Christo, vide ne differas.
4. Proprium bonis virtus, malis vitium, fac bonum et declina à malo, ut ad illud accedens, inclines cui proprium ē misereri semper et parcere.
5. Accidens ē Infernus, qui pot sn̄ sui subti interitu et adēe, et abēe. absit genus à Deo.

Quod sit Genus tuum quaeris? (inquit eleganter S. Ambrosius.) audi dicentem, oportere nos quaerere illud divinum; In ipso n. vivimus, et sumus, et movemur, sicut quidam vestrum dixerunt (inquit.) cuius et genus sumus, sm hoc genus seminemus semen non in carne, sed in spu. Non n. carnalia, sed spualia seminare debemus, qui ad vitam pervenire volumus aeternam; Quae sit a. similitudo non ignoras qui ad imaginem et similitudem Dei factus es; Herba generi respondet suo, (ora sm genus suum.) tu non respondes tuo generi? tritici granum sparsum terrae generis sui granum reddit, et tu degeneras? Haec ille.

Acerbè go deploranda e segnities nra et Ignavia Phli, Genus divinum sumus, Patris nri imaginem naa et cordi impressam circumgestamus; signatum n. e lumen vultus eius sup nos, quid à tam antiquo et praeclaro sanguine degeneres sordida aut turpia ignobilis carnis opera exequimur? Duplex qdm genus ducimus, à Patre alterum, alterum à Matre, formavit n. Deus hoiem de limo terrae; Ecce Mater tua Phle, Mater go limus e. at limus ex terra, terra ex nihilo, et nihilo assimilatur peccatum, ô nobilem à Matre progeniem! avia terra e, proavia nil, fortè consanguineos iactas, audi Phlum praeclarum: Putredini dixi Mater mea, soror mea verbus, ô illustrem sanguinem! ut quid igitur superbis terra et cinis?

Caeterum ut sanguine Materno vilius nihil, nihil abiectius e; Ita stirpe paterna nihil excelsius, atq illustrius cogitari pot. Pater e Coelo Deus e, e Coelo frater Jesus Chrus, e Coelo affinis spus Sctus, e Coelo Mater virgo Deipara, e Coelo consanguinei eadem stirpe paterna.

na progeniti Angelici spus, e Coelo Nutrix misericordiae, e Coelo Paedagogus, lex divina, e Coelo tandem proles opera meritoria.

Si a. nullus in lucem hanc mortalem editus unquam fuisset hō, aut intra orbitam primaevae Justitiae se continuisset, nesciret orbis terrarum monstrum illud horrendum ingens, quod superbiam aut ambitionem appellamus. Homo igr superbiam, quam nemo eum docuit didicit et ambitionem, quam hucusq ignoraverat nāa, docuit Idem sibimet Magister et Discipulus, alium n. superbia imitatorem non reperit, puduit scilicet nāam irrōalem discere quod non erubuit nāalis nāa facere, ō turpitudinem abominōis! si asinum videres, aut Murem inter caetera suae speēi Individua sibi ambire regimen, nunquid linquam altos in chachinnos effunderes? ne tu maiori risu dignus es, qui inr aequalia eiusd. speēi Individua facis discrimen? nulla hoc te Philosophia docet, cuius effatum irrevocabile ē; Quaecunq sunt aequalia uni tertio, sunt ead. inr se, Audi D. Sapiam: oēs ab uno (ad Habra: 2.) hōe, qui caeterorum oēm mensura ē. Plus Carnis Gygas ac putredinis nutrit, pygmaeo; Non plus hōis massa lutea colorata superat Crasus Codrum, non hōis plus ventosae vanitatis circumgestat ambitione tumidus, ne micam arā rōalis hbt, qua alios eiusdem speēi excedat, quantumvis se fastuose circumspiciens, alios tnquam humeris inferiores despiciat. Quid gō superbis terra et cinis? omnes eiusdem speciei sumus.

Et si iuxta superius dicta genus nobile à Deo ducamus, non tamen omnes recta linea descendimus, sunt n. pro dolor! qui ad latus sinistrum deploranda turpitudine degenerant horum opera sicut genus à Daemone ita et differentiam ab orco trahunt, cum vice versa opera Justorum sicut à Deo descendunt, ita Coelo et toto ab impiorum flagitijs differunt. Consuêre igitur qui ex vna stirpe descendunt eand. plerumque quam Maiores vitae rationem tueri et tenere Vnde sunt alij militares, alij ad litteras arum adyciunt hi piscatu, venatu illi delectantur, vt è cuiusque vitae instituto, non raro genus maiorum, à quibus ortum habet, conijcias; Vide igitur ô Philo Christiane, an tu quoque vitae Christiani, maiorumque tuorum, primaevae Ecclesiae Christicolarum vestigijs insistas; non illi piscatu lubricarum voluptatum (quod carnale est) delectabantur, non ambitioso honorum venatu (quod mundanum est) exercebantur, non divitias aurum argentumve intra terrae viscera rimabantur, sed paupertatem spiritus, sed Justitiam, sed misericordiam, cordis puritatis, patientiam, similesque virtutes penicillo gratiae (Pictores n. erant vitae Christi ac Sanctor.) in animi charta virgine delinearunt, et superinductis coloribus perfecerunt. Solent deinde filij parentum et Maiorum ora referre, Pater nostri in Coelis, qui cum lucem habitet inaccessibilem, faciem suam tamen Carni Benedicti salvatoris nostri Jesu impressit, in quam desiderant Angeli respicere, et quam in se exprimere, quotquot Christianum ac coeleste profitentur stemma elaborant, vt Christum induant, et sequantur vestigia eius.

circumgestant igr os mortificoe pallidum, aperta syn-
ceritate frontem, capillos sanctis desiderijs aureos, ocu-
los claros nitentesq oraois fulgore, os paruum modiciq
sermonis, purpureum tn charitate. sic nimir. ille
qui nobis exemplum dedit, vt sequamur vestigia eius,
genas exemplari vita suaves, sic ille oculos, sic ora
ferebat.

Proprietates filiorum Dei sunt nullis periculis
terreri, solum metuere peccatum, (: nihil n. tm timen-
dum e.) nolite inquit Sapia D. timere eos qui occi-
dunt corpus &c. Filium Dei dixeris, quem videris in ca-
su erectum, inr procellas immotum, qdqd mundus timet
optatq ridentem, nulli cupiditati subiectum, nulla
deiectum adversitate, sibi semper similem, vacuum
mundo, Coelo plenum, qui dum pede terras calcat,
meliori scil. parte sui aro Coelum contingit, atq illic
vivit unde natus e, nec unquam aspicit, nisi dum despi-
cit terram, quam vt radij solares in vnico tangit puncto,
nunquid a. hae filiorum Dei pprietates sufficiunt
Christiane Phle vt tibi ruborem excutiant, dum vi-
des, quam parum habeas degener, de genere et diffe-
rentia Sanctorum, a quorum pprietibus tm degenerasti?
Sed quam pauca ara eos moribus suis imitantur, dum
plerique mortalium ~~pauco~~ orco nata soboles, ora parentis
sui superbia tumidi, et invidia lividi, Principis tene-
brarum circumferant, Exulat tota facie decor, ois
christiana modestia, flagrant et micant saeva cuiusdam
iracundiae scintillis oculi, inflata turgent inani

superbia venæ, horrent desperaē capilli, blasphema
strident voce labia, spumant olidam ora venerem,
et rabida malorum imprecoē distantant colla. Qualem
putas ēe essiam, cuius tales sunt pprietates? Enimvō
in die iræ, et tremendi Judicij, cum Angeli separabunt
malos à medio iustorum, cum è vultu quem patrem re-
ferat hæres iudicabit, inquirent regij ministri, cuius
generis hæ sint pprietates et superscriptio? Nostra
ô misera orci proles! respondebitis et patris nostri,
Diaboli, moxq audietis ab inexorabili Judice, red-
dite gō quæ sunt Diaboli Diabolo, generi suam differiam
et pprietates.

Ô Phli! Quoties hæc vox Infernus aures meas psonat
toties oībus artubus contremisco, infernus, ô triste nomen!
ad quot ambæ aures tinniant, Infernus ô vīle grande!
quod de tanto mortalium numero prædicat! Definiū
à Porphyrio aciēns; Quod pot abēe et adēe sn subti
corruptaē, absunt heu et adsunt inferorum poenæ sn
subti, cui semel adhæserunt, interitu; ô impium atq
inhumanum aciēns! semperne damnatis sn interitu
aderis (quærent n. in illa die mortem et non invenient)
nunquam illos voracissima flammâ tuâ in cineres rediges?
nunquamne te exorabunt sanguineæ sibi subtorum lach-
rymæ? ut fias misericors? et illos tot annorum millio-
nibus excruciatos artus tandem corrumpas? sed frustra!
sine corruptione adē damnatis immortalis infernus,
ô crudele et inseparabile accidens!

Cogitatio sacra
De decem Prædicamentis.

vide et infra ubi de metaphysica.

1. Substantia Deus, accidentia Creaturæ.
2. Infernus accidens est.
3. à quantitate illius et qualitate.
4. à relatione, actione et passione.
5. à loco et tempore.
6. à situ et habitu.

Substantiæ Deus assimilatur, et creatæ accidentibus, nam veluti substantiam definiunt Philosophi: Ens per se existens, seu ens per se subsistens; accidens vero Ens in alio existens. Ita sane Deus est ens à se, creatæ omnes sunt ab alio, Quare cum iam olim ipsemet Moyses ex Deo quæsisset nomen et essentiam ipsius Dei, aliud responsum non tulit, quam hæc pauca, sapientia tamen ac divinitatis plena verba; Ego sum qui sum. Ita ô Magne Deus! tu es qui es, ens per te, et à te subsistens et existens, Ego a. sum qui non sum, adeoque ens non per me (idem de creaturis omnibus sentio.) sed per te et à te existens; Hoc n. iam olim sponsæ tuæ Chatharinæ senensi ipsemet asseveraste: beata eris, inquiebas, si noris quis ego sum, quæ tu, Ego sum qui sum, tu es quæ non es. Tu ergo ô prima veritas es quod es, semper bona, semper misericors, semper iusta. Utinam Ego sim quod non sum; sim pius quod non sum, sim humilis, sim sanctus, quæ non sum, non sim superbus,

quod sum, non tepidus, non tibi ingratus, quae sum, Quis tu Dne exclamat Franciscus, Quis Ego? Tu abyssus sapiae, patientiae, virtutis, oisq boni, Ego abyssus Ignorae, infirmitatis peccatorum, oisq mali et miseriae, haec ille. tu abyssus Entis, Ego abyssus nihili, non sim igr qui sum.

Sed descendamus cum Regio vate viventes, ne (quod D. Bernardus subiecit) descendamus morientes, et e quacunq larva stygia, Inferorum praedicamenta inquiramus. Elevamini itaq portae inferi, portae aeternales, aiamq Philosopham, catenis igneis pedes manusq oneratam, eo nimirum habitu, quo inferno semper vivit, et semper moritur, ulcerosam, exsanguem, purulentam, paedore obsitam, fame seminecem, ipsis quoq Diabolis miserabilem, verbo monstrum horrendum ingens, quod Ego his verbis compello effundite; Tu anima praedicamenta singula enarra, Ego, lamentabili irrugit tono, miserabilis aia, Ego inquit eram Philus, quales apud vos multi sunt, qbs vacat ut Phli sint, non vacat ut sint Christiani, o academici quantum impenditis temporis ut scriatis quod non proderit ad salutem, de terminis in quos resolvi propositio disputatis, et de vitae humanae terminis morte incerta, certo Judicio, ac aeternitate consequente non cogitatis, multa vobis quaestio e de verbo et nomine, sed de bonis moribus parva solicitudo, de medio syllogistico quotidiana oritur disceptatio, de medijs ad salutem conducentibus, altum ubiq silentium, o iniuriam! Sed Inferni praedmenta explicare aggrediar, Quaeritis go quantus sit Infernus? si discretam quantitem id e numerum, quaeritis, unus ille quidem e et parvus et angustus;

at incolæ innumeri. Si quantitatem continuam spectatis, punctum puncti ē, Nam terra vr̄a in qua bellatis, in qua navigatis, in qua regna disponitis punctum ē. Ne vos gō mortalium stultissimi estis qui de puncto litigatis? gaudium hypocritæ ad instar puncti; in puncto nemo magnus; terræ punctum promittit Dæmon, Cœli peripheriam aufert, quam miseri gō desipitis, si pro hoc illud venditis? vultis repetam quod terra sit punctum? infernus ē qui in terra latet, sicut Græcus in Equo Troiano, ex hoc puncto nulla ē redemptio, cavete, plures n. in puncto descendunt ad inferna. Quæritis qualis ē infernus? Venite et videte, facilius n. ē oculis subjicere, quam verbis explicare inferni qualitatem; Est a. infernale antrum in septem divisum specus; Quorum primum superborum turma habitat, hi n. primatum apud inferos obtinent, eo quod principium oīs peccati sit superbia; restiterunt quidem abinitio avari, et æquale ius, cum radix oīum malorum sit cupiditas, sicut illa principium, prætenderunt, sed composuit litem vindex Justitia, dum his ex adverso domicilium assignavit, et nigræ tenebrarum fuligine æque coloratum, et flāmarum pariter illustre, nec Dæmonum tortorumq̄ frequentia minus populosum, aut pœnarum acerbitate quidquam inferius; sequuntur deinde aliæ quinq̄ spēes, ibi ad dextrum latus helluones, ventrisq̄ mancipia, Idololatræ, quorum Deus venter ē, hesternæ vitæ suæ crapulam adormiunt.

Ad sinistrum vero latus pigrorum dormitorium cernitur, medium
inter hos tenent, quos veluti Maniacos, rabida ira orco
adscripsit, et transcripsit, colligatis hi pedibus, manibusque
plenam in flamma insanis irrugiunt clamoribus, sociamque pigro-
rum gentem, amicumque ebriorum populum, perpetuas cogunt
vigilare noctes, quare et his et illis semper caput miseran-
dum dolet, cui malo ut succurrat misericors orcus, po-
tionem medicam, licet invitis ingerit, ex araneis, bufo-
nibus, erucis, alijsque veneno distentis animalculis confectam,
remedium praesentissimum, ad capitis dolores sedandos,
nam dum potio haec infando cruciatu per stomachum,
atque intestina grassatur, minorum illi dolorum obliviscuntur,
Haec a. ars medendi apud nos quotidiana est, aliam nes-
ciunt tartharei Medici rationem iuvandi, quam ut gra-
vioribus illis cruciatibus minores utcunque sopiant Dolores.
Ultima denique infernalis antri regio in duas divisa est
condignationes, superiorem invidiae hospites incolunt, inferior
quae est omnium sordium et mundi et inferni cloaca atque
sentina, luxuriae clientibus est assignata, Hoc maxime cri-
men omnibus retro saeculis atque aetatibus colonis inferos
frequentavit, traditio est inter nos certa, et centum iu-
venibus, quos scelera orco addixere, vix unum ad aliam
regionem quam hanc luxuriae divertere, Academici
huc quotidie invisunt, illi imprimis qui foedas libi-
dinis, et execrandam mollitiem ita tenebris ac silen-
tio palliant, ut de ijs in Confessionis sacramento, ne
verbum quidem faciant, aut contra tanta impudentia
patrant, ut urgente atque instante apud eos sacer-

dote per Thri vulnera ac morten, à tanta tn non abstineant foeditate, donec adimpleta flagitiorum mensura in tartharum praecipiti corruant casu, e go infernus, et superbia inflatus, et luxuria sordidus, et ira rabidus, et gula luridus, et otio torpens, et invidia pallidus, et oi vitiorum et miseriarum genere refertissimus.

Quaeritis de relae infern. Quantum distemus à Coelo: in primis toto Coelo distamus à beatis, sed et valde sumus ijs dissimiles, illi iucunda perfruuntur quiete, nos in flammis aeternos agimus vigilias, illi natant in delitijs, nos flammarum fluctibus obruimur, illos coelestis aula circumfluit nos per igneos globos raptamur, illi suavi alloquio tempus corripiunt, nos dentium acerbo stridore longam producimus aeternitatem, illi divinum gustant, bibuntq nectar, nobis pix propinatur et sulphur, illi laetos concinnentibus coelestibus ~~choros~~ genijs choros agunt, nos torquentibus Daemonibus aeternum Va usq et usq ingeminamus, Porro in hoc miseriarum barathro oes relae aequalitatis convertimur, oes miseri, afflicti omnes, semperq morimur oes desperatissimi; sicut a aeternitate poenarum quantitis inaequali mensura torquemur, qa iuxta modum culpae poena dnguir; Nam sicut uno solo vos oes tangimini, nec tn sub eo uno ordine; statis, aestuatis: sic nobis et gehenna una e, quae affligit, et non una oes aequalitate comburimur, quantum exultavit se, et in delitijs fuit, tantum date illi tormentum et luctum.

Quantis quid agamus, quid patiamur in hac perpetua miseriarum caverna?

Non mihi si linguae centum sint, oraq̃ centum,
Ferrea vox, oẽs scelerum comprehendere formas,
Orã poenarum percurrere nomina possem.

Cruciatus nri sunt acerbissimi, nunq̃ inrupti aeternum duraturi, et ut nihil dicam de arã tormentis, minimus sensuum dolor multiparasangis excedit oẽs illos cruciatus, quos aut humanum fas, aut nefas, sontibus, aut insontibusq̃ inflixit. O quam vera ẽ illa sophorum sententia; actoẽm et paoẽm reatr ẽe inseparabiles, atq̃ adeo easdem; agunt tartharei carnifices, patimur nos rei laesae divinae maiestatis, illi fulminant inexorabili tyrannide obvia damnatorum corpora, nos tangimur, illi aeternam nunq̃ inrmorituris flammis maam subyciunt, nos comburimur; isti horrendis instant clamoribus, nostra tam diro volutatu, et ululatu strepitusq̃ sonorum tonitruum instar, latè per inferni cava reboantium rumpunt dolore aures venereis olim cantilenis patulae, ipsi oculos olim impudico intuitu sceleratos subito involant, efferosq̃ infigunt ungues, ipsi linguam blasphemam ignitis brunis subiectam, ferreis ignivomisq̃ discerpunt forcipibus, ipsi manus tactibus inhonestis execrabiles, sulphureo, ardentiq̃ stagno immergunt, ac corpus illicitis olim voluptatibus pollutum, flammis iam tenacibus involutum, aeterno torrebunt incendio, O crudelem actionem! O inseparabilem passionem!

Quaeritis de loco et tempore ubi estis vos? et quando tandem erit dolorum finis? sumus in meditullio terrae, in carcere subterraneo, eo deteriore, quo profundius excavato, nullae hic fenestrae, nullae ad exitum aditumque ianuae, nullus sulphureo fumo educendo aptatus caminus, nullus ad minimam quietem locus, aut sedes, huc tanquam in sentinam, et cloacam universae mundi sordes confluunt, hic aër crassus foetensque, ingentem naribus affert cruciatum, nullus inde est aut erit unquam prospectus in Coelum, nullus è Coelo influxus in tartharum, praeter malèominosum Justitiae virgati cometae aspectum; Porro dum tempus exquiritis, infandum iubetis renovare dolorem, Cruciatus nostri aeterni sunt, O aeternitas! Dicere cupio quod cogitare non assequor, facilè capio quid sit pati ad annos quinquaginta, aut centum, aut mille, aut decem millia, quin etiam centum millia, aut decies centena millia, quem millionem dicunt, digerere per partes suas possum, et in mente mea sine confusione collocare, quod si ultra progrediar, vix millionem aliter capio quam unitates, et tamen ut numeros omnes nominatos ac innominatos annorum et millionum annorum coacervem, et guttas oceani aut terrae arenulas l. folia arborum, et gramina terrae &c. necdum aut finis aut medium aut principium nostrorum assulsit tormentorum. Nec Julianus qui iam ad mille annos et ultra hic locorum mortuus vivit, Nec Cainus qui iam ultra quinque annorum millia hic moratur et moritur principius abest à termino aeternitatis, quam l. Ego, qui ante aliquod annos huc appuli l. alius qui ultimus hodie descendit ad inferos, quamdiu n. divinitate suâ,

æternum Numen perfruetz, tamdiu et Julianus damnatus et Cain
tartharæo carcere conclusus, et Ego infernali rogo positus
et oēs infelices reproborum manes immortali moriemur cru
ciatu. O peccatum quanta ē malitia tua,! ô æternitas
quanta ē afflictio tua! O Phli quam horribilis ē stu
por mentis vrā,! quid tempus sit vos disputatis,
modum ēe contenditis, de æternitē vō quod nullus hurus
sit modus non cogitatis, aut si hæc vobis cogitatio
occurrat, O vos furiosos qui tanto numero ad orcum
convenitis!

Quæritis dnus quem habeamus situm nos, quem hbtum?
Eheu! nunc stamus in medijs flammis, nunc super ferreas
crates ignibus subiectas sedemus, æternum! ô æternitas!
modo in strues tnqi lignorum fasces manipulatim colli
gati iacemus, heu æternum! Habitum et vestem
gero tristissimam, pilei loco qui apud vos libertatis
ē signum lapis molaris ingens caput subigit, collare
ferreum, præacutis et igneis clavis circumseptum, acer
bo vulnere dolorosum continuò configit guttur, ven
trem ambit et pectus toga flammea, quam serpentina
zona constringit, serpens a hic ppetuo morsu stomac
hum perfringit, et dirissimo cruciatu per viscera grassatz,
simili ē mā denis gyris torquas pectus humerosq circum
dat, doctorale apud inferos insigne, et Phlia æquè ac
iuris utriusq aut aliarum sciarum Doctoribus paratum,
Tibialia deinde à pice et sulphureo intertexta foco, flam
mas à ferreis ignitisq sandalijs facilè concipiunt, unde

totum corpus à planta pedis ad verticem usq; immortali incendio amoritz; apprehendite go aliquando haec inferni praedicamenta, igneum hbtm, situm dolorosum, tempus aeternum, locum inamoenum, paoem incredibilem, actoem terrificam, distantiam à Coelo summam, qualtem, et quantitatem immortalium poenarum, dolorum, cruciatuum, tormentorum, afflictionum, et corporis et arae inexplicabilem.

In 2dam mentis operationem Cogitatio sacra.

1. Propositio e vita humana.
2. Curus genus oratio.
3. Cuius partes Nomen et verbum.
4. Differentia affirmare et negare.
5. Divisio in veram et falsam, et contingentem necriam, et impossibilem.
6. Malè definitz à multis.
7. Deterius à plerisq; dividitur.

De Noie et verbo.

Robertus HolRot. e famil. D. Dominici praelect. 203. in librum Sapia; Charissimi inquit, ad hoc quod nra orao quae ad psens sermoni dbt pmitti inveniatz congrua, conveniens, et pfa, necee e quod ex noie et verbo componatz, verbum a. quod nram oraem ingredi debeat,

certe ē illud verbum, de quo dicitur Jan. 1. Deus erat verbum, istud verbum significat, imò ē persona Filij; significat et cum tempore, quā quando venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum ad Galat. 4. similiter istud verbum tam actionem quam passionem importat, istius n. verbi actione saecula formata sunt, Quia ad Hebrae. ij, fide intelligimus saecula aptata ēe Dei verbo, ut ex invisibilibus visibilia fierent. istius et verbi passione cuncta sunt reformata, quando verbum ens altissimi corporali postum ē ~~corpore~~ carne (: prius Carofactum:) habemus gō verbum orationem ingredi debeat. sed quod ē illud Nomen ~~sub Coelo~~, quod in oratione isti verbo debet coniungi? revera non invenitur nomen sub Coelo quod isti verbo convenientius coniungi possit, quam illud, de quo Luc. 1. Nomen virginis Mariae, Maria; ecce substantia, virgo; ecce qualitas. et hoc sine tempore. et post pauca, habemus gō Nomen et verbum pro nostra oratione formanda, Ita vir Doctissimus Professor Philiae in Academia Oxoniensi, non erubescit meditationes suas Theologicas sacris allusionibus, et Philia profana, et subinde ipsamet etiam Grammatica petitis, frequenter intexere.

De Propositione eiusque membris Dividentibus.

Propositionem sacrae cogitationis, vitae humanae, aut ipsi homini assimilavimus, Ludovi. Barl. In Philia affectiva quam gallico idiomate conscripsit, eam dividit in affirmativam et negativam, Propositum de sectanda vita et Christiana honesta, vult ēe Propositionem affirmativam, Propositum verò declinandi á malo, ait esse negativam propositionem.

Dividit item praeclarus Thlus ppoem in necrian, impoibilem, et contingentem, Illam S. Augustini si Augustinus eet Deus, et Deus eet Augustinus, ego vellem fieri Augustinus annumerat impoibilibus; Necrijs vo quae sunt de naa et personis, actoes denique liberas hois, uti sunt actus virtutum et vitiorum, qui pnt fieri et non fieri contingentibus ppoibus aequiparat, qbs subiungit eam quaestionem illam logicam, an dentz ppoes de futuro contingenti determinate verae, aut falsae; in sensu materiali explicatam.

De Definitione.

Aiunt Poetae evocatos olim in Parnassum Scientias, ut hoiem definirent, varias in medium allatas ee defioes; Grammatica orum infima Po loco dicere iussa; Homo (inquiebat) nomen e per casus sex declinabile, quorum primus e ee s. dici ac declinari et nominari; gigni alter et nasci: 3tius dare alijs ee, postea in morte accusari, et denique vocari ad Coelos aut rapi ablatum a Ministris Luciferi in tarthara, unde alij vocativo casu, alij ablativo carent. Ita qdm Gramatica accomodata ad maam suam, circa quam occupata versatz sentiam dixit; Ordo deinde exposcebat ut Rhetorica, quae paulo eminentiore loco sedebat suum Judicium ferret, sed Minerva quae coetum convocaverat ad Dialecticam conversa, ut suam mentem promeret imperavit; Quae homo (inquiebat)

ē breve Enthymema; pro antdte hbt ortum, pro con-
sequente interitum, Excepit subito Mathematicus, quin potius
hō ē figura sphærica ab eodem puncto quo incipit, in idem
terminatz; Subiunxit assidens Mathesi Physica; Ego sen-
tentiam non muto, quod semel de hoīe edixi, iterum sta-
tuo; Hō ē aīal roāle mortale. Astrologia deinde,
ut aliquid certius depromeret, subinde tubo optico ingenti
hoīem speculata, tandem, mihi videtz ait, hō quasi luna mu-
tabilis, qā nunqj in eod. statu permanet. Non deerat
Medicina, neq Metphca, quarum illa hoīum morborum
compendium, hæc magnum orbis miraculum definivit.
Post quas Rhetorica tandem suam quoq descriptioēm
ingeniosè exorsa ē; hō ē orāo, cuius exordium nasci,
narrāo dolere, Epilogus mori, oraōis huius figuræ
sunt gemitus et fletus, l. gaudium fletu deterius; applau-
sit Parnassus dicenti; nolo Ego hoc loco aut Poetas
aut scrās in ius ad Appollinem vocare, ut suarum roēm
afferant defiōum, Illud mirum ē te ô Physica sci-
entiarum formosissima eò ignorāa prolapsam, ut dicere
volueris et ausa sis, hoīem ēe aīal roāle mortale.
An non æquè parcendum ē hoībus, quam rebus sn necessitate
multiplicandis? Sed non ē nunc muneris mei ut vobiscum
contendam, si non acuratè ad leges logicas hoīem defini-
vistis, veram saltem ingeniosamq eiusd. attulistis de-
scriptoēm? Utinam hoīes ipsi suis definitionibus non lon-
gius recederent à vero, aliter avari, aliter superbi,
luxuriosi aliter, aliterq alij, et alij hoīem definiunt,
oēs malè. Dicunt gulæ ac ventris mancipia; Quod
hō sit aīal mortale, ô Insani, an hæc bona ē hoīs definitio?
qō etiam canes, asini et porci vobis sunt homines?

ne vos digni estis quos hominum syllabo expunctos bruta
asinorum spu suo quaeq censens Philia transscribat.
Enimvo qui hominem ita describitis, circumibitis aliqndo
Civitatem Coelestem Jerusalem et famem patiemini
ut canes infernales, indigni hominum id Beatorum con-
sortio. Aiunt superbi hominem esse qdm rationalem sed
nec haec priori melior est definitio, aut n. Deum facis hominem
aut hominem angelo parem ambitiose pavo, quid pennas
rationis suspicis? quid lumen illud naturae, quid fulgo-
res, colorumq amaenissimam varietatem miraris? pedum
turpitudinis (mortalitis) immemor? non diffiteor,
divinum quid est ratiocinari, elegans hominis ornatus, sed ne
homo cum angelis Coelum concupisceres conscendere
ac similis esse altissimo, Divina providentia pedes ad-
iecit, corpus scil. animale, cuius turpitudinem conspicata
anima poneret erectas a superbia cristas. Emenda igitur
quam male fecisti definitionem! et pedes adiunge pennis,
Dic hominem esse animal rationale. Turpius adhuc errant
Avari, qui homini affingunt immortalitatem, homo est,
(inquiunt) animal immortale; o Ignorantiam!
homo est fortunae lusus, temporis spolium, mortis manci-
pium spirans cadaver, mors viva etc. et vos nunquam
morituros definitis? homo est tenuis umbra, umbrae
somnium, corruptionis speculum, et immortalitatem viam
iactatis? brevis voluptas est vita hominis luxuriosi, et
longa miseria, et hanc amatis? O vos omnes quibus
Deus venter est, et Idolum voluptas, honorq numen,
discite a Salomone melioribus principiis imbuto, quid et
quomodo definienda sint huius vitae quae videntur bona
et tamen non sunt. ab imo ille pectore, attracto

spiritu, in hanc defiōem prorumpit: Vanitas vani-
tatum et ōra vanitas. Vidi universa quæ fiunt sub
sole et ecce vanitas et afflictio spiritus! Vanitas certè
sunt res terrenæ, vanitatum vō sunt, hoc ē vanorum
hoīum, adeo ut tam hæreditas, quam hæres, tam opes
quam Dominus, vanitas sint. Sed ecce quam mala
divisio post mortem sequatur malam defiōem vitæ, in vita.

De Divisione.

Qui bene Anguit bene docet, ē cōe Phlorum
effatum; Ego paulò aliter: Qui bene dividit bene didi-
cit, multum talis profecit in loga Christiana, pronun-
tio libere. Triplex a. ē Divisio, Una quæ te, pro-
ximumq tuum attingit videturq assimilari pōe divisōi
totius vitis in sua inferiora, Quia ē inr partes
potestativas ut Logici loquuntur. Effctis altera,
quæ ē inr partes aīam videl. et corpus. Tertia
dnq totius accentlis, quæ fit intra quantitatem,
qualitatem, actōes, tempus, aliaq huiusmi accentia, ut
reddas Deo quæ sunt Dei.

Divisio a. mala ē si peccat in aliquam legem, quæ
in decalogo Christianæ Dialecticæ præscribitur, primæ
qdm tres divisōem bonorum te inr et Deum concer-
nunt. Plures Deos adoras mala divisio contra 1mam
legem, Non adorabis Deos alienos. Deum ac Sanctos
blasphemo ore proscindis, non bona divisio; Non
assumes nomen Dei tui in vanum, iubet altera Regula
bonæ divisōis te inr ac Deum. reliquæ septem
secundæ tabulæ, quōmo rectè hō cum hoīe dividat,

informant. Bona rapis aliena, malè divisisti, non dimittitur peccatum, nisi emendatur malè facta divisio, alteri pudori insidiaris, agis contra sextam bonae divisoēs legem, non moechaberis; divisoēs à pxo tuo, interveniente odio, irâ, invidia, rancore, susurro, detractione, inimicitia, contumelia, vulnere, morte pessimae sunt et 5ta regulae benedividendi contrariantur.

Denique ut divisio bona sit aīam inr et corpus, lex unica ē, quae superflua resecare iubet, gladium veni mittere in terram, fratrem à fratre separare et sororem à sorore, sorores sunt aīa et corpus, fratres sunt, aut si mavis, Caro Mater ē aīae, quae intra hanc, qsi uterum maternum, dum vivit concludit donec mors una oīum obstetrix, locum aīae facit ut nascatur aeternitati, gladius a quem misit Divina Justitia culter ē praeacutae mortificoīs, qua dum vo, luptates superfluae resecantur, dum oculus intra limites rectae roīs coercetur, dum gustui frounum imittitur, dum tactus angelicae puritati consonat, soror à sorore et frater à fratre, et mater à filia in hac vita separantur, ut à morte felicius coalescant.

Non ead. vō obtingit sors malè dividenti, malè divisit Cain deteriora Dō, sibi meliora seposuit, nec melior illorum divisio ē, qui viridi adolescentia inertiae, florida iuventute effroeni libidini, virili aetate turpi mammonae divisa inutilem senectam Dōo reservant. Produc ex tot si potes elapsis annis Cosmophilo l. unicum diem rectae divisionis cum Dō testem

Qui non fuerat ex æquo cum Carne, et mundo ac Dæmone divisus, utinam l. tantum Deo, quantum Dæmoni, quantum Carni, quantum vanitati! inquit S. Petrus ab aureo ore famosus: Defloruit ~~rudior~~ rudior ætas talos inr et nuces, inr ineptias et libidines adolescentia, inr scelera et præcipitia præceps ~~iuvenis~~ iuventus, post oes annos qui á cunis ad canos defluxere nihil e quod ex æquo cum Deo dividas, nisi cepuerascens senium; heu quam lachrymabili vultu inopiam tuam eo eventu circumspicies! Sed actum e, nam qualis vita, finis ita, polt malè divisam vitam, seqr peior in morte divisio, ubi aia et corpus dividuntur, siccine separas amara mors? Moritur Dives qui noluit Divisoem ullam suorum facere cum pauperibus, et sepelitur in inferno, cuius facultates sitibundi dividunt amici, spiritum Dæmon vindicat, aia adscribitur inferno, corpus adiudicatur Vermibus, ossa tineæ consumunt, carnem putredo corripit, cineres favilla devorat, et nece miseri hois, miserioris animæ nemo tristatur, collætantur omnes.

Siccine dividis amara mors?

In 3tiam mentis Operationem Cogitatio sacra.

De argumentoe et Syllmo.

1. Syllogismus est vita humana.
2. Cuius Mõa pxa corpus et aia remota terra, cinis, nil.
3. Cuius figuræ virtutes: Imo Charitas in Deum,

et pxum, ad hanc pertinēt reliquæ virtutes, religio, et quatuor Cardinales, tnqi quinq modi indirecti. ⊙ 2do. Fides quatuor continet modos credendi in Deum Patrem, Filium, et Spum Sanctum et Incarnaoem. Dni Nri Jesu Chri. 3tio Spes septem modos sperandi complectitz in oratione Dominica expositos.

4. Quatuor Principia dirigentia generalissima duo sunt: Dici de omni, fac bonum; Dici de nullo; et declina à malo.

5. Regulæ generales ad dirigendum cursum vitæ humanæ, tot sunt, quot præcepta Decalogi.

Sicut Mathematica profana argumentaem quæ ē orao in qua una virtus colligir ex alia, dividit in Syllmum et Enthymema: Ita Illum deinde subdividit in Analyticum, Topicum, et Sophisticum; Ita hæc sacra Logica circa Syllmos sub ead. divisoe versatur, ita qdm ut usum Syllmi probabilis, quo errat mundus, dedoceat; Sophismata a. ab orco procusa ostendat à vero et summo bono aliena, doceat a. usum, quod Chrus optimq Magister fecit Enthymematis, proponatq pnpia evidentia ac certa ad conclusiones demonstrativas inferendas.

Primò go Syllmo Topico utitur Mundus ut persuadeat vana vanis; huiq Exemplum Sacer Textus inr alia suggerit in Divite illo, qui iuxta Mundi regulas secum hunc in modum ratiocinatus ē: Quid faciam, qa non habeo quo congregem fructus meos? Ecce Maior; Cui mox subsumpsit: Hoc

faciam, destruam horrea mea, et maiora faciam, et illuc congregabo oīa, quæ nata sunt mihi et bona mea, Et dicam aīæ meæ, aīa habes multa bona posita in annos plurimos; In minor; audiemꝰ conclusoēm: gō requiesce, gō commede, gō bibe, gō epulare, fugite vos hoc argntandi topicum genꝰ, qui nititur supposito de vita longævitate, stulte hac nocte aīam tuam repetent à te, quæ autem parasti cuiꝰ erunt?

Syllmꝰ deinde Sophisticus Dæmonis ē partus, cuiꝰ tot sophismata, quot verba, ut apparet ex argnto, quod Protoparenti nrō in Paradyso imposuit, cuiꝰ maior hæc erat: Homo ad imaginem Dei creatꝰ, dbt eniti ut fiat similis Deo; minorem deinde subiunxit; In quocunq̄ die cōmederitis ex eo eritis sicuti Dij; conclusit tandem: gō debetis edere de fructu vetito. Placuit Sophisma Evæ, persuasit quoq̄ Adamo, et in suam adduxit sentiam, nec se deceptum prius sensit, quam cum paradyso erectꝰ, procul à Coelo nudum et miserum se tanto magis Deo dissimilem esse deflevit, quanto illi fieri similior imprudens concupiverat. Verum huic syllmo D. Sopra meliorem opposuit argumetaem, quam ipsamet fecit, dum sub Maiore nimir: Nāa divina, æterna, īmensa, omnipotente assumpsit minorem nāam, videl. qua paulò minoratꝰ fuit ab Angelis, humanam, et in cruce adversarium Sophistam Dæmonem sacco orco conclusit.

Restat, quo logica sacra utitꝫ, syllogismus

Demonstrativus, quando ex præmissis certis, primis
videl. veritis christianæ propijs, certas conclões in-
fert. Tmæ veritatis effatum ē Math. 16. Quid
prodē hoī universum mundum lucrari, aīa vō sua de-
trimentum pati. Et ad Hæbræ. Eadem Magistro
ore Apli hanc enuntiat evidentem ipsa quotidiana
experiā, certamq enuntiaōem. Statutum ē hoībus
semel mori, post hoc a. Judicium, certum itidem
certitudine fidei ē illud propium D. Petri Apli.
Chrus passus ē pro nobis, vobis relinquens exemplum
ut sequamini vestigia eius; Ex his præmissis dedu-
cemus correspondens consequens, Deus ē et iustus et
misericors ē gō timebo iustum, et amabo misericor-
dem, nihil pōt lucrari mundum et perdere aīam
gō pro momentanea voluptate non mereabor mise-
riarum æternitatem, Chrus ē in cruce mortuus pro
me, gō non habeo in mundo maiorem amicum, gō
nulli imposterum amplius dabo locum amicitiæ nisi
me inr et ipsum, gō ipsius vitam varijs virtutum
castitatis, patiæ, humilitatis, obedientiæ
actibus æmulabor.
Ut vō ab aliquid de Enthymemate dicamus,
Enthymema ē Chrus crucifixus; pro antdnte hbt
sudorem sanguineum, vincula, funes, catenas, alapas,
flagella, spinas, vulnera, mortem; pro consequente
victoriam, tryumphum. Nonne oportuit Chrum
pati antdur, et ita ex consequnte intrare in glo-
riam suam? Ad hujus exemplum vitæ Enthymema
ita regulandum ē: Beati pauperes spu, ecce ans,

Quoniam ipsorum ē regnum Coelorum, ecce consequens: Beati pauperes, ead. prima veritas asserit illi videl. qui in hac vita illatas sibi iniurias non vindicant, qui in se iactata dicteria non retorquent, qui maleficia benefi-ciis compensant, Quoniam possidebunt terram; En con-clōem à prima veritate illatam: Beati mundo corde ans fateor per totam vitam et et longum et diffi-cile ē; at iucunda illatio, et lata conclusio, Quo-niam Deum videbunt. nimir. pone practicum ans, et Deus ponet Speculativum consequens.

Sed prō dolor! Multi fecere ans bonum, et non eiusd. bonitis conclōem intulerunt, quid defuit? illatio deerat, nulla fuit connexio ans inr et consqns. Tres, nri Phli aiunt, ēe partes bonae argmentōis, ans, consqns et notam illaōis, ē cuiuslibet ho-rum defu mancescit argmentāo: Bene coepit argu-mentari Judas, erat discipulus Chri vocatus ad apo-stolatum, ans bonum, sed pessimè conclusit, collum qdm laqueo, vitam turpissima morte, corpus cloaca, aiam gehennâ. O pessimam Conclōem! Quid de angelis dicam? coelestes erant Luciferi praemissae, consequens infernale. Quid de luthero, de Calvino, de coeteris aevi nri Haereticis? qbs oibus illa pars defuit quae usq ad mortem vitam bonam continuaret. Ut gō proba sit illāo, pro maiore discursus tuae vitae ponenda ē fides de Chro, et subsumenda hinc firma spes, atq fiducia, ex utraq porro hac virtute in antecedente praemissa, per mortem, veluti notam illationis, in alterius vitae consequente Charitas ē

concludenda, si gō infernalis Sophista dubium tibi in fide obycit, maiorem tuam prome, credo, ego credo, Ego, inquies, et millies practicè moriar pro hac fide vicisti Philosophe; Quod si ulterius urgeat ille et alio modo fiduciam tuam in Deum labefactare allaboret; minorem tu illi tuam oppone, spero exclamabis vulnerasti hostem, si dnus Charitem tuam blasphema cogitatione tentet; amo respones, tu scis mi Deus quā amo te ex toto corde meo, conclusisti inimicum.

Videte a. quid agat nequissimus Sophista Doemon, assumit sociam Carnem et mundum comitem, simul a. oēs irruunt contentioso clamore, comedamus et bibamus ô soror aīa inquit Caro, cras n. moriemur; honori tuo hic obstat acclamat mundus, gō deyce ē gradu hoīem, et per huius casus tanquam scalas, ad honoris aram enitere, Iniuriam tibi fecit ille, aut vir non es, aut iniuriae tuae inimico parentes cruore, gō vindica. Dei offensam vereris, subinfert Doemon, misericors ē, aude gō aliquid misericordiâ dignum.

Enimvō auditz mundus, assentimur carni, transimus in sentiam et thesin Doemonis, fundimus cruorem humanum, ascendimus apicem dignitatum per aliorum ruinas, voluptatibus indulgemus, negamus propositiōes â D. Sapiā factas, â Moyse in Decalogo promulgatas, et â Chro Magistro et Doctore supremo confirmatas, Sed non impenè; veniens n. veniet et non tardabit, arguet mundum de peccato, et loquetz eis in ira sua, et in furore suo conturbabit eos;

argumentabitz et ratiocinabitz contra eos, propositiones suas et praecepta malè à malis negata demonstraturg. Si n. concessistis Chro has praemissas et ans; honestum è praecepta Decalogi observare, quod negare non potestis, negastis tn consequentiam operis per actum voluntatis contrarium.

Enimvo pessimè à vobis negatam Conclaem in generali examine Judicij vobis pessimis Phlis demonstrabit reductionem ostensivam videl. expositionem, et reductionem ad Impossibile. Primò a. per expositionem peccatorum vestrorum sic arguet Ignorantiam vram: Esurivi et non dedistis mihi manducare, sitivi et non dedistis mihi potum, hospes eram, et non collegistis me, nudg, et non cooperuistis me, infirmg, et in carcere, et non visitastis me.

Transibit deinde ad reductoem ostensivam, atg per ostensoem vulnerum suorum demonstrabit insaniam vram. Ponet ante oculos infelicis peccatoris Cicatrices plagarum suarum, livores sputa, ostendet, ad oculum Crucem in qua pependit, passiones enumerabit, latg aperiet, atg inde cruorem plena manu concipiet, ac in faciem titubantium, ac emori, entium intorquebit. Abite maledicti nihil vobis prosunt vulnera quae despexistis superbi, nihil S. sanguis pro vobis effusg iuvat, quem conculcastis impudici, nihil Cor meum, quod odistis blasphemi, nihil lachrymae meae quas irrisistis, nihil Crux quam fugistis; abite maledicti.

Denig ad impossibile adversarios suos deducet,

cum venerit iudicare argumenta bona bonorum facta in forma optima fidei, quae est forma Ecclesiae, et malorum ut redarguat falsas horum illationes, et corrigat igne inextinguibili, tunc resonabit de altissimis (ut scriptura) montibus Echo: Venite, Ite, Ite detonabit, ite maledicti mundi scholares in ignem aeternum inferorum scholam, Cathedram pestilentiae, qui paratus est Diabolo Praeceptori vestro, et angelis eius, vestris olim condiscipulis. O Miseri iam reducti estis ad impossibile; Quia in inferno nulla est redemptio. Ita insaccati infelices in perpetuo rubore ardebitis in aeternum, spectaculum facti et angelis qui vos irridebunt aeternum, et hominibus qui vos subsannabunt, et Deo qui vos aversabitur, et Diabolo, qui cum vobiscum sophisticè egerit maledictus est.

Amen.

Monstrositatem Omnem cessaturam apud Beatos, futuram a. apud Damnatos.

Tantum abest, ut Deus sit iniquus, si defectum Corporis hm̄i, aut formam informem ēē sinit, ut eam et tnq̄: Mundi Gubernator, certis terminis ac regionibus Convenienter procuret; certis Causis Naalibus concurrentibus apposite permittat; certis significationibus provide anteponat; certis sceleribus Juste annectat; Idq̄ l. in poenam ut Judex; l. ut Medicus in Medicinam; l. ut sponsus in tutelam. Deniq̄ et novit defum, qui monstrosis inē, l. in hac, l. certe in altera vita Millies compensare. Non n. resurgent salvandi cumulla Monstrositate; Et hoīes monstrosos, rationis, virtutis, et adeo et aeternae vitae et salutis Capaces ēē. Manifeste docet S. August. Lib. 16. de Civit. Dei Cap. 18.

Quae cum ita sint, quis conqueri Jure pot, Naam secum nimis illiberaliter egisse? quod l. deformem genuerit, l. Mancum, l. alio defu monstrosum? Respiciat ad primam hoīs Originem, quam illa sine

naevo sine vitio, qui perfecta fuit? Revocet in
mentem Primi Parentis Praevaricationem, nonne
in eo, tuque in Capite, omnium Mortalium proge-
nies fuit damnata? Quid habet ut ploret, si
ei Natura formae gratiam negavit; quando pecca-
tum Genitoris ei gratiam divinam profli-
gavit? beneficium accipit, qui Clementer plec-
titur, meritus graviora. Quid quod plurimis
sua monstrositas prodest? Deformes
sunt, non habent Corporis pulchritudinem, habent
a Utilitatem. Sic Insidijs carent, sic minus
periclitantur, sic non sunt illecebrosi, sic faces
extinguunt, sic Incendijs obsistunt, et Ani-
morum, et Tartarorum. Sic superbiam subi-
gunt, sic seipsos et terrena omnia facilius de-
spiciunt; sic in terris meliora quaerunt, in
Coelis reperiunt pulchriora. Non odit Pa-
ter filium cui Canem negat, Equum do-
nat, Multis Deus non vult dare quod mor-
bus tollit, senectus perdit, Mors funditus
evertit, et donat aliquid, in quod neque
morbus, neque anni, neque ipsa libitina habet
potestatem? Saepe n. Florens Animus, in
putri Corpore habitavit.

Nunquid audivisti dicentem: Placeo
mihi in infirmitibus meis, in Contumelijs in
necessitibus, in persecutoribus, in Angustijs pro
Christo; cum n. infirmor, tunc potens sum. 2. Cointh.

Potior hoīs pars ē Anima, huic additz, quod
Corpori demitz. non æstimanda ē exigui repulsa,
quam Maximi oblatio compensat. Quid curas
si te despiciunt Mortales, quem suspiciunt et
amant Immortales? Naā ē opus, et laus
parentum si nihil ē in Corpore tuo monstro-
sum. si te virtutibus ornas, tibi imputatur.
Pulchrius ē, pulchrum fieri, quam nasci.
Quod Naā dedit potest auferre Casus. Ani-
mi bona nolentibus nunqꝫ eripiuntz. Cui deest
decor frontis, comparet decus Mentis; hoc si
habet, omnem Corporis labem compensavit;
Brevis es? Mors te extendet. Longus es?
contrahet te Sepulchrum. Claudus es, ambu-
lare non potes? Memento Sanctu quoq Pa-
triarcham Jacob, post Angeli luctatum, Clau-
dicasse igr mente ad Coelum evola. In Morbo
et lecto iacere cogeris? assurge Animo, si
Corpore non potes. Pede cares? Non cares
ratione. Maculam tibi Mater in vultum
impressit? gratulare tibi, si non et mens
tua ē maculata. Prolem nactus es bestiae
similem? fortasse et tu ipse sicut bestia
vixisti; mitte querelas, si tibi parem l.
Deus, l. Naā sobolem dedit. Gibbum tergo
tuo Mater iniecit? porta hanc sarcinam

patienter, quae te semper monet, quantum onus
pro tua salute Dnus gestarit. Calvus es? et magnus
Propheta Calvus fuit. Oculos amisisti? clausa
e fenestra, per quam Mors intrare potuisset. Ex-
surdatae aures vocem non admittunt? go neq con-
vicia, neq contumelias, neq adulationes, neq
detractiones, neq Mendacia. O quot hostes ex-
cludunt! nescis loqui? o quantis a peccatis li-
beres! Ita non reddes summo Judici de oti-
osis verbis rationem; Ita nulli maledices;
ita non peierabis, ita abscoena non proferes;
ita nullius famam subhastabis. Brachijs trun-
catus es? nec teipsum vestire, nec cibum ori
inferre potes? Ast alij te vestiunt; alij pas-
cunt; ita pro duobus brachijs, duos famulos,
aut plures accepisti.

Denique si Monstrum ee, non vis, ne te sub-
yae malo Daemoni. Qui seipsum ornat pie-
tate, quamvis sit deformis, non solum fa-
cile et speculum suum, et oculum alienum
contemnet, verum et in altera vita, sive
Puer, sive Senex, sive rufus sive Canus
ex hac discedat, formosus et pulcher, inter
formosos et pulchros, arcana Dei Consilia,
et providam bonitatem laetissime laudans
cantabit. Mementote mirabilium eius
quae fecit: prodigia eius, et Ju-
dicia Oris eius.

Omnibus moriendum ē semel.

Mors n. bene sine auribꝰ pingitꝫ; non sinit se precibus placari, inexorabilis ē. Effossis ē oculis coeco ictu obvia quaeq̄ metit. Viscera non habet ut moveat. Ossea ē et dura, non flectitꝫ. longis cruribꝰ assequitꝫ omnes, passus n. ingentes facit. Falcem dn̄q̄ stringit in omnes.

Quid igitꝫ num Deum arguemꝰ crudelitatis? at Deꝰ hoīem creavit à morte exemptum: Deꝰ Mortem non fecit nec laetatꝫ in perditione vivorum. Sapient. 1. Quis gō Mortem fecit? Per unum hoīem peccatum in hunc Mundum intravit, et per peccatum Mors. Romanor. 5.

Non gō Deꝰ accusandus ē, sꝫ homo, Qui se ipsum Morti subiecit, à qua se exemptum scive-rat, si non peccavisset.

Nunc gō statutum ē hoībꝰ semel mori, et qdm oībꝰ hoībꝰ; Adeo ut et Qui neq̄ actuali, neq̄ Originali peccato contracto, prorsus Inno-centes erant Chr̄us Dn̄us, et Mater eiꝰ sanctis-sima, tn̄ Mortem, tn̄q̄ Naā hn̄a, ob Adami peccatum decretam, subierint. haec gō Tma moriendi Caā. vixissent hoīes semp̄ si nunq̄ peccassent.

NB.

Hac eadem dere vide infra

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

49

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

Physica.

Proœmium.

Cantate Dño Canticum novum. Psal. 97.

Tres modi sunt quos nobis S. textus et SS. PP. suggerunt, laudandi Deum gloriosum, unus qdm per linguam, de quo magnus Dei amicus, Moyses; Cantemus Dño, gloriosè n. magnificatus ē; Alius per vitam et rectè facta, teste D. Augustin. in psal. 149, vetus homo, vetus canticum, novus hō, novum canticum, et paulò post; Quisquis terrena diligit, vetus canticum cantat, qui vult cantare canticum novum diligat æterna. his accedit certius ex creaturis, ē Ꝑ inquit aureo melleus ore Chrysost. in eund. 149. psal. Quæ fit per ipsam creaam, Dei glorificatio, Cœli enarrant gloriam Dei, et opa manuum eius annuntiat firmamentum; Ita hic Ꝑ laudat cum creaā pulchritudem, positione, magnitudine, naā, usu, mysterio, utilitate quæ ex ea proficiscitur; Quando gō dicit laudate Dnum Angeli, virtutes, Cœli, luna, sol; stella, aqua quæ ē super Cœlos, hoc dicit unumquodq̄ eorum quæ facta sunt, dignum ēe sapiā effectoris, et ēe plenum magno miraculo;

Ita qdm eleganter D. Doctor oēs creāas vult esse Mu-
sicos, per ēe suum et operari magno conditori ppet
laudes concinnentes, quod nihil aliud ē quam tota
hunc quàm latè patet terrarum orbem chorus Mu-
sicum in tres alios subdivisum ēe choros; nimirum
superum, terrestrem ac inferum, laudes n. sui
gloriosi artificis concinunt, et muto ore creāa rōis
expertes, et sonora voce quæ illu sunt instructæ.
Genij qdm illi divinæ nāæ æmuli, laudant et canunt
lingua angelica; at ē māa et frā concretus hō
laudat canit et pulsat, cùm voce viva, tùm vita
vocali, quod monumenta sint seu notæ hyeroglyphi-
ca accensæg faces potentis oīsciæ et oīpotentis sa-
pientiæ providentissimi opificis. Intonant Erebo
sepulti mortua voce divinæ Justiæ gravissimum, infi-
mumg bassum, æternum illud suum ac illætabile Væ
Eheu semper nunqj ingemendo et ingeminando. Ex
adverso altum, lætumg ex tollunt thonum sydereæ ci-
ves aulæ, lætitia coelos (aliàs sonoros) perstre-
pentes, Cœli enarrant suo concentu et harmonia g-
riam Dei, accinunt ē medio reliqui orbis animati exa-
nimesg incolæ, eadem in choro cantum (ut loquuntur Mu-
sici) planum natis seu sonis (ut vocant) gravibus
æqualibus dum æquatr nāa iubente Deo (tenorem
tenens in oībus) curg suum dispensat, discurrunt au-
super hanc veluti basin notas ac sonos Choragi ho-
et Angelus, cum ex eorundem intuitu in laudes Con-
ditoris assurgunt, teste D. Paulo; Invisibilia n. Dei

per ea quæ facta sunt Illtu conspiciunt (suspiciunt),
et ē (si verbo venia) contrapunctum formare.
Superq itaq sydereusq choro Chorago angelo, iucundisso
concentu in triumphale artifices sui carmen erumpunt,
ipse intonant, ipse fecit nos, cui inferior terrestrisq choro
chorago hōre veluti Echo pari dulcedine respondeat, et non
ipsi nos, sonusq adeo ingens concrepat, ut cardines mundani
theatri, septem orbis columnæ à voce concinnentium
concutiant, iubilat n. et applaudit mundq totq ad lau-
des conditoris experrectus, ipse fecit nos sua immensa pōa
repetit ille, et non ipsi nos, qā sumq ex nihilo, iterat iste
ipse fecit nos inenarrabili sapia, et non ipsi nos, Quia igno-
rantiæ tenebris sepulti involvebamur, ille, ipse fecit nos
infinita bonitē, iste et non ipse nos, qui nihil tale prome-
rebamur; simul deinde oēs ipse fecit nos, ipse fecit nos,
ipse fons vitæ, nos inde effusi rivuli, ipse splendor sa-
pientiæ indeficiens, nos emanantes radij, ipse radix toto
terrarum orbe explicatæ bonitatis, nos ex ea succres-
centes ramuli. Insignis porro hic cœlestis terrestrisq
chori aggregatq concentq sn moderatore ēe non potuit.
Adam qd protoparens nr artis musicæ peritissimq tunc
qdm à Deo præēe choro terrestri iussq ē; Et ille qdm ad-
huc oīs culpæ expers dextrē cytharam pulsabat, iustia
illa indita, qua ai discordes motq concordabant haud
aliter quam Chordæ per lyram extensæ, ubi peritæ manq
attactu artifex dissonam exploravit vocem, facili industria
quæ disgregabant, consonant fides; haud aliter Musicus
Adam motq animi dissonos in consonum aptabat melos,
amore chordas (et corda) pulsante ad nutum Moderatricis

prudentiæ, at vō posteaqi peccati veneno amor Numi-
nis corde pulsus in exilium abijt, cordæ inferiores laxa-
tæ, atq̄ à superioribus dissonæ passionibus nempe à rōe
discordibus dissoluta ē suavis, cui Cœlum appladebat, har-
monia, affus rōi, rāo ipsi Deo obtemperare neglexit,
quo factum ē, ut ad insipientiam redacto Chorago
totus concinentium creāārum chorus, aut conticuerit
aut imperitum ediderit modulamen, Interim Divinæ
sapiēæ consilio alter ē Cœlo Adam ē virgine solo
succrevit, ut concordaret dissonas fides, atq̄ in lig-
no Crucis extensus Cytharæ malestreperæ Chordas
cruore suo inunctis fidibus, ad pristinam dissoni
cordis corrigeret concordiam. Unde prior reddi-
ta ē utriq̄ choro suavitas, ac prāēe iterum iussus
ē homo, qui toties Cytharæ pulsat suaviter
fides, quoties ~~pot~~ post nāæ mirificos effus, in
notitiam Creatoris per acuratam cogitationem
intimi Cordis ~~[illegible]~~ nervos peritus fidicen ex-
plorat, et toties vocem ad cœlos exaltat, quo-
ties perspicaci oculo mentis, perlustrato creāārum va-
rietate, in huius mundani theatri gradibus, veluti
scalis musicis oīpotente manu descriptis, atq̄ in
ijsdem tanquam notis resplendente gloria arti-
ficis, rationali arā lingua in laudes con-
ditoris eloquentes sine voce, amoris
motus effundit.

Sed pro prooemio cantatum satis ē.

Cogitatio sacra, de Mundo.

1. Mundus regia est.
2. Cuius fornix Coelum.
3. Cuius fenestrae sydera.
4. Cuius Columnae Elementa.
5. Cuius Rex et Princeps hō.
6. Cuius famuli animalia.

Docent Phli alias artes ēe activas, factivas alias, has relinquere opus suum post se, imago vg. Pictoris manu elaborata manet post operōem artificis; Activae econtra non relinquunt opus post se, ut saltatoria et Musica, et similes, non n. post operōem et exercitium Musici manet cantio, sed cum voce transit. Prioris generis opus ē fabrica huius mundi universi, de quo eleganter S. Ambros. Hexam. l. cap. 5. Est gō hic mundus inquit divinae specimen operaōis, namq ut istarum artium aliae sunt actuosae, quae sunt in corporis motu aut sono vocis cessavit motus, aut sonus, nihil superfuit nec remansit spectantibus, l. audientibus: aliae sunt huiusmi ut cessante etiā operōis officio, operis manus appareat, ut aedificatio, atq textura, quae et tacente artifice peritiam eius aspectu ostendunt, ut operatori operis sui testimonium suffragetur. Similr hic mundus et D. Maiestatis insigne ē, ut per ipsum sapia Dei manifestetur, quem videns Propheta simul et ad invisibilia oculos mentis attollens ait, Quam magnificata sunt opera tua Dne, nimis profundae factae sunt cogitaōes tuae, oīa in sapia

fecisti. D. Gregorius Nazian. Nihil vero mirum, inquit, si hoc novissimus prolatus est manu Dei et imagine decoratus, oportebat n. tanquam regi prius regiam constituere, et ita demum regem omnibus iam stipatum introducere; Mundus igitur huius S. D. iudicio et iudicio domus est et aula regia, cuius pavimentum terra, floribus veluti gemmis distincta, cuius piscinae maria, lacus, cuius columnae montes et colles, cuius lumina parva et magna, sol, luna, stellae, cuius dominus tegimen et fornix aureus quod tegit omnia Coelum, neque haec tam mea, quam Cyrilli Hierosol. Catheche. praeclara allusio est, ubi Coeli peripheriam tabulato ac fornici praecelsae domus comparat his verbis. Quid n. habent quod accusent in hoc mundo Dei opificio? qui stupere potius debent intuentes coelorum magnitudinem, qui adorare debe-rent constituentem tanquam fornicem Coelum, et ex fluxu aquarum natura indeficientem Coeli naturam fabricantem.

Terram animal esse non unius tantum olim Philosophi erat inepta sententia, qui universum mundum animal diceret, legi neminem, complures tamen mundum animalis similitudinem gerere docent. Nam; sicut animal ossibus tanquam fulcris nititur; ita ~~terra~~ mundus terra et montibus sustentatur; sicut animal eget sanguine, qui per venas deductus corpus alit, ita abundat mundus copia aquarum, quae dum supra Coelos congregatae consistunt, tum per fontes et flumina, terraeque meatus, poros et fistulas, veluti fibras derivatae universam terram irrigant, ac foecundant; sicut animalis corpus undique permeat spiritus purior; ita hic mundus plurimum intra se continet subtilioris spiritus, angelos et animas rationales; Animali natura duos dedit oculos, et huic universo Deus etiam duplex indidit luminare, minus lunam, et luminare maius solem, quem ad nostrum propositum oportune Mundi oculum appellat S. Ambrosius Hexam.

lib. 4. cap. 2. Oculus est (inquit) n. mundi iucunditas diei, Coeli pulchritudo, naturae gratia, praesentiae creaturae, sed quando hunc vides, Auctorem eius considera, quanto hunc miraris, lauda prius ipsum Creatorem, si tam gratus est sol, qui consors et particeps est creaturae, quam bonus est sol ille Iustitiae? si tam velox iste, ut rapidis cursibus die ac nocte lustret omnia, quantus ille qui ubique semper est, et maiestate sua complet omnia? si admirabilis qui iubetur exire, quam superadmirationem qui dicit soli sta, et non progreditur, ut legimus? si magnus est qui per horarum vices locis aut decedit, aut accedit quotidie, qualis ille qui est cum se exinaniverit, ut nos possemus eum videre, erat lumen verum, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum? si praestantissimus qui obitu terrae saepe patitur defectus, quanta maiestatis qui ait, adhuc semel Ego movebo terram? illum terra abscondit, istius motum non potest sustinere, nisi voluntati eius substrata fuerit. Haec ille. Sicut animali sensus sunt quinque, Ita in hoc versu quod paulo ante animali comparavimus, quatuor elementa, quatuor sensum vices obeunt, ac supplent; Nam auribus ut audiant aeri necessarius est; Olfactus igneas exhalationes amat, gustus humore delectatur; tactus terram sentit. Oculi in capite velut in Coelo sydera fixa solem et lunam referunt: Nugae inquies, quid quatuor Elementis cum quatuor sensibus; sed nugae non sunt qui placuerunt ingeniorum Phoenici D. Augustino Cogitationes de Genes. l. 3. c. 4. Verba ipsius haec sunt: Ita dinguuntur sensus sum Elementa, ut oculos ad ignem, aures ad aerem, olfactum ad exhalationes humidas quibus grassatur aer iste, gustum ad fluxiles et corpulentas humores, tactum tandem ad terram nonnulli dicant pertinere. Haec ille.

Mira Elegna S. Chrysost. homil. in psal. 134. de meteoris ac elementis conscripsit plurima, illud unum quo sermonem suum concludit praeterire non debeo: Tu a haec (inquit) earumq dr̄sitem ac varietem considerans miraris, et admirare opificem, sydera, adeoq in ipsis folijs artificiosa rōe discutiens, qui haec simul aspu sunt iucundissima, simul fructibus utilissima: tum fructuum et varietatem et abundiam, praecipue vō eorum qui mae necrij sunt, pulcherrimam speciē. Deinde specta facultes radicum, succorum, florum, odorum, qui non suavissimi tm̄ sunt, sed et ad valetudinem curandam idonei. ad haec colorum grās, et qualtes, tum lapidum pretiosa pretia, fulgoresq; Etenim haec oīa velut in publico quodam epulo nāa tibi proposuit, et qbs utaris, et qbs delecteris. ut si non aliunde saltem ex beneficijs quibus te affecit, Deum cognoscas. Hac ille.

Ideo ait Cyrillus Hierosol. Aīalia creata sunt, ut hoī regi dbta fierent obsequia, a famulantibus sibi aīalibus. Sex diebus inquit Cataches. 12. idem Cyrillus Deus creavit mundum, sed mundus ppr hoīes, sol qdm splendidus radijsq elucens, ppterea ut hō videat factus ē, et oīa aīantia, ut nobis servirent sunt constituta, ita ille. Cui addi pot alia viventia gustui famulari, ut plantae naribus tenero odore adblandiunt; alia auribus ut musicae volucres, alia tactui ut illa qbs ad vestitum vectatōes utimur, alia olfactui ut pisces qui saporum varietate palatum oblectant, oīa dnq in oculos incurrunt, ut tum singula ferè singulis ulis sensibus se obyciunt, oculorum obtutum, veluti

radios quosdam solares nunqj effugiant, adeoq ut mini-
steria sua quinq sensibus mirifico ordine ad oblectoem
hoi inserviunt: Quoties igr subinfert Teodoretus;
lib. de provid. canoras aves audiemus varios cantus emodu-
lari, circadasq tremulas vibrare concentus, sapientissimum
Deum, eundemq potentissimum adoremus, qui et eiusmi
aviculis tantam tribuit harmoniam musicae, et huma-
num genus undecunq nutrit, fovet, ac mulcet.

Orbis terrarum urbis similitudem gerit, quam
innumerae creaarum familiae dissae incolunt. Princeps
oium ac Dnus a Deo Homo praece iussus e, reliqua n.
aialia et aiantia huius serviunt imperio et oblecta-
tioni, alia qdm ad custodiam corporis, ut Canes,
alia ad vectationes ut Cameli et Equi, alia mensae,
ut altilia et aquatilia, ipsae plantae hortos colunt
et oia ac singula in obsequijs regis negotiosa sunt,
et officiosa. Quibus oibus antecellit tum aiae dig-
nitate, tum corporis dotibus, Corpus certe adeo e in-
signe ut ab illo sapientissimo architecto plasma-
tum, tnqj statua in mundi theatro regia, cuncta
in stuporem rapiat, si non amorem. Os hoi subli-
me dedit, gloriosus Conditor, regem n. sup alia eminere
oportebat, ut cuncta prospiciendo et moderando domi-
naretur piscibus maris, et volucribus Coeli, ac bestijs terrae,
quae hois imperio subiecta providentia Numinis in
alvum prostravit, ut regem suum nunquam aspicere
poent nisi suspiciendo, Nec ille haec aliter quam
despiciendo intueri, Quae omnia facile auc-
toritate D. Basilij Hexam. homili. 9. et
D. Ambrosij Hexam. l. 6. c. 3. confirmari possunt.

Ille qdm iumenta terrea sunt, inquit, et ad ipsam
mutantia terram, at planta cœlestis hō, quantum fi-
gura frāg corporis cæteris āiantibꝫ antecellit, tan-
tum et dignitate arā præstat, qualisnam ē animan-
tium quadrupedum frā?, caput illis ad humerum ē pro-
num, ad ventrem spectat, voluptem ventris omnibus
modis persequit. Caput tuum ad ipsum Cœlum as-
surgit, et exsurgit, oculi tui res supernas conspiciunt.
Quod si unquam et tu affectoribꝫ carnis succumbens te
ipsum dehonestaris, comparatꝫ es iumentis insipientibꝫ,
et illis similis effectꝫ es. alia te cura decet, supernas
res inquam explorare ac quærere, ubi Chrꝫ ē, terrenis
contemptim transmissis, cœlestia mente transcendere.
Uti frā te naā insignivit; sic et teipsum, et tuam
frām velis disponere. In republica cœlesti versare:
vera tibi patria ē superna illa Hierusalem, Concives
atq contribules ipsi primogeniti, qui sunt conscripti
in Cœlis. Eadem eodem sensu, iisdem fermè ver-
bis refert D. Ambrosiꝫ loco citato.

Cogitatio sacra de Cœlis.

Coelum Quid?

1. Chrꝫ sol Justiæ à rubore matutino, à purpura
vespertina, à Zodiaco quem percurrit, Chrus
erubuit in circumcisione, manè rubens Coelum
venturos indicat imbres.
2. Deipara Luna.
3. Stellæ errantes Sancti. Saturnum refe-
runt Patriarchæ et Prophetæ; Jovem Aposto-
li; Martem Martyres; Mercurium Doctores;
virgines venerem non illam poetarū fabulis Meretricem.
4. Sydera fixa Angeli sunt.

Coelum primum sibi locum vendicat inr illa ad quae
Deus os hoi sublime dedit; tum qa graa serenae lucis,
regia solis maiestatis, lunae regnae pulchritudine,
virtute ac efficacia aureorum planetarum, reliquo-
rum syderum populoso grege, suda nocte in Coeli area
amoenissimo campo ludentium amoenissimum e. Vides
coelum hoc (inquit D. Chrysost. homil. 2. de incom-
prehensibili Dei naa.) quam pulchrum, quam am-
plum, quam magnificum sit, Quemadm vario stellarum
ordine exornetz et splendeat, quantum edurare
potuerit temporis, iam e quinq millia annorum, atq
el plus servatz et constat, nec tn tam longo temporis
spatio effectum e ut senescat, sed ad corporis modum
adolescentis robusti floret, vigetq aetate, et quam
in pnpio sortitum e pulchritudem, eandem integer-
rimam servat, nulla ex parte factum deterius tanto
temporis spatio, attn hoc pulcherrimum splendidissimum
stellis elegantissime ornatum, Deus quasi quis per
ludum, tugurium faceret, ita summa cum facilitate
creavit, Quam rem Esaias Propheta pulcherrime
exprimit dum dicit, qui constituit Coelum sicut
Cameram, et extendit sicut tabernaculum supterram.

Phli ut cursum solis oculis subyciant, circulum
faciunt duodecim gradus latum, qui tantum cursus
polum Arcticum, quantum ad polum Antarcticum ex-
tensus dividitz in duodecim partes aequales, et in medio
huius circuli unum alium circulum describunt quem
lineam ecclipticam, appellant, in quo sol decurrens
nec unqi hinc aut inde l. ungue latius exerrans de
Zodiaco latitudinem. Iste porro ut dixi in duodecim
partes ita e divisus, ut quaelibet harum partium,

cuilibet signo, quorum sol intra annum singulis men-
sibus unum emetitur, respondeat. Cursus hic solis mi-
rifica imitatione refert annum magnum, quem per duo-
decim signa ab exordio mundi usque ad finem eiusdem
sol Justitiae confecit, illa quidem: ~~sunt~~:

Sunt Aries, Taurus, Gemini, Leo, Virgo;
Libraque, Scorpius, Arcitenens, Caper, Am-
phora, Pisces.

Sol igitur Justitiae Filius Dei in creatione Mundi ex-
ortus est in Ariete, quod aral innocens cum sit a natura,
notat statum innocentiae Protoparentum no-
strorum; at non continuo ubi hi a semita Justitiae
originalis devij divinam iram provocaverunt, tran-
sivit nostri in Taurum, aral donec alligetur ficui fe-
rox et formidabile; Ecce vindex Justitiae veluti
Taurus indomitus deseviebat ulthrici cornu in reos
Adamum et Evam, quousque dulcissimae ficui alligatus,
gloriosae videlicet virgini per vinculum Incarnationis
iram posuit, teste Evangelista: Rex tuus venit
tibi mansuetus. Quo tempore sol transivit in signum
Geminorum, cum nimir. duas naas, divinam et humanam,
mortalem et immortalem, aeternam et temporalem in-
effabili copulavit unione procedens de thalamo suae
Matris virgineo utero (: hi non gemini in eius utero
reperti sunt.) ut currat viam suam alacris geminae
substantiae Gygas. Duo igitur Gemini complectentes sese
naam divinam referunt et humanam, mutuo amplexu
arctissime strictas. Fuerunt a. Illi filij Jovis,
Castor et Pollux, tanto amore inter se coniuncti
ut cum Castori a Patre immortalitis donum concessum esset,

id ē, pōe non mori, si vellet, maluerit mori pro fra-
tre, ut morte sua viveret Germanus; unde uno occidente
alter oritur, atq invicem mortalitatem et immortalitatem
æternant. Nihil aptius à Poetis effingi potuisset ad nrum
propositum: Chrus n. frater nr et germanus Castor ē,
qui à Patre suo Deo altissimo et æterno accepit immor-
talitatem, voluit tn mori pro fratribus suis, ut nobis
morti addictis donum cōicaret immortalitatis, communi-
cavit etiam. Post hæc ab immortalitatem ad mortem
à gloria ad ignominiam Crucis, sicut Cancer retrogradus
triginta tribus annis hoc signum sub æstu intensissimo
amoris incaluit, donec in Leone, (vicit Leo) resur-
rexit; Nam si Isidoro credimus, Catulus Leonis tres dies
mortuo persimilis sn vestigio vitæ iacet, tertio verò die
Patris rugitu, veluti è somno liber reviviscit; revixit
quoq die tertio Leo de tribu Juda; è Leone ingressus
virginem in cuius solius fide dubijs Aptis aliquam diu
permansit usq dum in ascensione gloriosa, Libram
subivit divinæ Justitiæ, suaq merita contra Adæ
demerita appendit, et prævaluit, utinam appenderent
peccata mea qbs iram merui, et calamitas quam pa-
tior (pāo mea) in statera quasi arena maris hæc
gravior appareret. Properavit deinde ad signum
Scorpionis, quando corpus suum, quod ē Ecclesia, tyran-
norum et Hæreticorum venenatis aculeis obiecit,
subversores fuerunt tecum ô Mater Ecclesia! (sunt
verba S. Scripturæ) et cum scorpionibus habitas.
Nunc tn percurrit signum sagittarij, qa Turcæ infen-
sissimi Tyranni Christiani Nominis hostes, in viscera Ec-
clesiæ afflictam Hungariam arcum intendunt, vulnerant
Chri membra, spoliant, et depredant; Consecuti

Sunt eum ex Asia in Europam viri sagittarij,
et vulneratus est vehementer (sunt verba S. textus).
Subinde etiam veniet Capricornus Anti Christus scil. homo luxu-
riâ malè olens, efferumque animal, sed hoc quoque debellato, in
aquario urnam gratiarum suarum, veluti imbres in superstites
fideles effundet. Et tandem apparebit gloriosus
in signo piscium, quando inter apostolos (suos pisces) pis-
catores, medius eliget pisces bonos, christianos virtute
et moribus selectos in vasa sua, malos a foras mittet.
Sic erit in consumatione saeculi, ubi finito cursu suo
sol Justitiae cum luna Deipara atque syderibus Angelis
et sanctis requiescet à laboribus suis; Et tunc erit
dulce et delectabile oculis videre solem. Ecclesiast. 11.
Facies ergo nobiscum signum in bonum ô bone JESU.
ô anima si in aquario signo lachrymarum madueris, cogita
Janum Jesum esse prae foribus, non non dabit in aeternum
fluctuationem justo; Cum in signo piscium lubricitate
deliqueris, memora Jesum Februum esse et praeesse februis,
hoc est sacrificijs mortuorum; piscibus dominatur ille, et vo-
latilibus Coeli; si sub ariete cornua efers in altum
adversus Deum, est Jesus Martius, est mensis novorum, ille
qui facit nova omnia putorem vertet in pudorem. Si
in signo Tauri te petulcum et rebellem facis, cogita
in Aprili Jesu te locasse stationem; ab aperiendo
dicti Aprilis, aperiet tibi portam Coeli; si in Gemmi-
ni luxuriosus tuam virginem violasti; Maius est Jesus,
quo nomine Maius non est, et cum sit Maius corde nostro,
novit absconditia cordis, et illa expurgat; si Junio-
rum mare cancrino passu per virtutem ieris, Junius est
Jesus, Junior fuit etenim senuit propter te, ne sine ipso
consumareris; si in Leone irasceris, scito Julius
Jesus dominatur in te, Caesar ille non de ventre

caesus peccatricis, sed sectus de monte sacro sub manibus
subditus esto Deo et ora eum. Virgo si tua sterilis est,
Augustus Jesus imperat tibi, ipse augmentat incrementum
justitiae tuae; si velis esse sterilis quae nesciat thorum
in delicto, quoniam plures filij erunt deserti, quam eius
quae habet virum; Times imbres et sub libra degis; Sep-
tember est Jesus, promittit in tremendo Judicio septem
cruores et imbres sui sanguinis, in his madebis ad vitam.
Forsan venenatis morsibus hominum velut scorpione es
deprehensa; October Jesus inter octo Beatitudines est.
facile erit unam occupare mansionem; redde virus,
evome revalebis. si in saggittario habitas; in occulto
sagittabas immaculatum, detrahebas tuo proximo; Jesus
November est stillat novem gratias, quae inter choros
angelorum provehant; Nolo proinde deicias te quod
sub horrido caprino domicilium habeas, praeduro pec-
tore stiteris in adversum factori tuo; respice in
Decembrem Jesum qui psalterium et Cy-
tharum decem Chordarum extendit pro
te, in alma cruce, pone quinas
litteras JESVS super quinque
sensus tuos, imprime usque
in medullam eorum, forte
nec persentias am-
plius miseriam
tuam averso
Deo tuo
capri-
zan-
tem.

Cogitatio sacra de Elementis et Meteoris.

Benedicite terra, benedicite ignis et aestus, benedicite oēs spus, benedicite maria et flumina Dño. Daniel. 3.

1. Mundꝰ theatrum ē in quo tot actores, quot creaāe.
2. Quatuor Elementa st totidem scenae mundi sublunaris.
3. Ignis agit personam divinae bonitatis et Justiae.
4. Aër Divinam potentiam repraesentat.
5. Aqua Dei sapientiam eloquitur.
6. Terra bonitatem Conditoris refert.

Quod S. Chrysost. in caput Im Genes. de tota mundi fabrica sensit; Id Ego de mundo sublunari, et quatuor elementis speciatim pronuntio. Haec omnia inquit produxit, ut erga nos misericordiam suam ostendat, monstrans quanto honore prosequatꝫ humanum genꝰ, et ut his manuducti ad convenientem sibi adorationem ascendamꝰ, prodeant in theatrum quatuor Isti actores, et muto silentio divinas nobis perfectiones eloquantꝫ, Terra qdm bonitatem; Aqua Sapientiam; potentiam aër; Ignis Justitiam, in proprietatibꝰ suis velut in speculo repraesentent.

Terra speculum D. Bonitatis.

Terra oīum reliquorum basis infima qdm situ, utilitate tn coeteris superior prima subit scaenam, a Theodoreto lib. 4. de graecar. affectoum curaōe introducta his verbis: Illud praeterea opificis Dei sapiam, plane, poamꝰ ostendit, quod neꝰ ipsa tellꝰ, quamqꝫ per tot annorum curricula, et tot millia annorum,

aratris terga scindatur, conseratur, seraturque, quanquam
et fructibus alimenta sufficiat, conculcetur, effodiatur, ra-
datur, imbribus, nivibusque subsidat, atque arboribus atteratur,
nec tamen ullam sui diminutionem perpessa est, minoresve agri-
colis foetus pauciorisque educit, bona tua venia dixe-
rim doctissime Teodorete, iis quae enumeraste, non minus
bonitatem quam sapientiam ac potentiam Conditoris declarari
certe propter innumera terrae in nos merita, et eam vene-
rabunda Matris compellatione dignata est antiquitas,
sacer quoque textus, hominum Matrem terram dixit, non
tam ut nostram superbiam deprimeret, qua inter Deos concu-
pivimus haberi, quam ut nobis Creatoris, venturique
Redemptoris bonitatem demonstraret, sicut n. terram
meliora meritam pedibus nostris conculcamus, in eiusdem su-
perficiem, ac veluti Matris faciem exprimus, et aratro
uterum quo enati sumus, redivivi Nerones scindimus; Ita
profecto et Patris nostri innocens tergum ferreis sul-
cavimus flagellis, pedes eius et manus sceleribus nostris ori-
et adamante durioribus conscidimus, tanta crudelitate
ut in hos gemitus eruperit: foderunt manus meas et
pedes meos, eundem verberibus et alapis pulsavimus, in
eiusdem faciem protervi luxuriae sputum coniecimus
teste scriptura: expuerunt in faciem eius; at ille optimus
pessimorum Pater veluti terra pyssima Mater teren-
tibus eam, atque conculcantibus non modo singulis annis,
sed singulis poenè momentis, bona fide creditum foenus
reddit, et pro verberibus segetes, pro stercoribus, et ster-
coratione fruges suppeditat. Ita inquit et ille pyssimus
pro contemptu gloriam, pro odio gratiam, pro morte vitam
divina munificentia indigna providit soboli, ut nemini
dubium esse possit in terra Matris nostrae beneficentiam
tanquam in speculo salvatoris relucere bonitatem.

Aqua.

Verùm dum terra ex una theatri parte bonitatem Dei eloqr, ex adverso aquam consanguineum terrae Elementum in scaenam producit. Joan. Chrysostomus homil. in psal. 148; Nec haec solùm miranda sunt inquit quae de terra diximus, sed abyssi et profunditas, nam cum ipsum mare ventorum flatibus sit intolerabile, et tantam hēat aquarum multitudinem, non erumpit ex terminis proprijs, non inundat terram vicinam, sed ipsum quoq ē alligatum vinculis immobilitatis, licet sit alioquin naā aquarum insolens, cum a. sit tanta magnitudine, et tantis impellatur spiritibus, considera quanti sit miraculi, nec per insolentiam, nec per molem et magnitudem, nec per vim intolerabilem suo loco excedere, sed in tanta insolentia et ordine, et in molē modum pulchrè servare. Haec gō apud te reputans, poteris hinc quoq Deo laudem et hymnum contexere, et eius sapientiam admirari. Haec ille.

Aër.

Aquae succedit aër, Elementum illi priori affinitate cognatione, sympathia coniunctissimum, utrumq n. humidum, (si de aëre hoc infert, vaporibus aqueis ple commisto sermo ē.) utrumq molle, utrumq permeabile, perspicuum, aut illustre simul lucis attactu, aut obscurum, ventis utrumq pervium, alarum hoc, pennarum illud remigio natum, dubitare n. licet an magis pisces volent per aquam, aut volucres natent per aëra. Proinde inr caetera divinae providentiae opera aereum quoq

theatrum curiosis oculis percurramus, videbimus aërem to-
to terrarum orbe quaqua versum protendi, ambire nos, am-
bulantibusq̃ confractum cedere, moxq̃ sn̄ vulneris vestigio
aut Cicatrice denuo coalescere, flatum, quem exhalamus
gutture putridum excipere, puriore ne suffocemur reddito
odorum fragrantiam ad nares summa cum voluptate defer-
re, ac protrusos ore sonos vocesq̃ nr̄os ad aures fidum
interpretem inviolata fide deportare. Ego itaq̃ ut cum
supra laudato Theodoreto lib. de provid. eloquar, ve-
hementer admiror nãam aëris inconsumptam persistere, cum
tn̄ tot numero hores, totq̃ aialia rōis expertia illum
spirando et attrahant et remittant, solisq̃ adeo ferventis
radij permeando trayciant, praterq̃ solem ac lunam id-
ipsum stellae efficiant, etiam, sed n. mundum undiq̃ in-
tuenti miraculo miraculum superaddit; Parum vō abē,
ne confidenter dicam, miraculum hoc loco pro miraculo
non ēe habendum, Cum sit n. mundi Opifex Deus
oīpotens quaecunq̃ ab eo fiant, decet admirari quam
minime, sed auctorem profecto decet laudari quam
maximè, ob tantae potentiae vestigia, Elemento
aeris impressa. Haec Theodoretus.

Ignis vmbra D. Justitia.

Quàm facilis generaō Ignis ē, tam facilè huius
contemplatio flamulas amoris in corde excitat, et
ad Coelos in universi Opificem emittit, Debuit autē
sapiā D. nãam igni mxe foecundam dare, quod coe-
teris negavit Elementis, ut ignis ignem pareret, ne
rei tam necciā unquam orbi terrarum deēet ino-
pia, concipitz igr̄ ignis ab igne, generatz luce, motu
nascitz, corporum mutuo affrictu, solariorumq̃ radio-
rum reflexione gignitz, concava namq̃ specula soli

adversa ignem ipso poene felicius igne generant, Coeterum duo sunt ~~quorum~~ mirifici ignis effus vrere et lucere, quorum hic clarissimum D. Bonitas, Ille Justitiae vestigium est, sicut n. totum terrarum orbem fulgore suo occupat serena lux, cuius candore ad ortum solis illustratur Horizon, tingitur colorum varietate multicolor aer, terra vestitur superbo florum ornatu, astra orbesque Coelorum condecorantur, lucis virtute adolescunt herbae, flosculi redolent, subrident Campi, aerantia gestiunt, musicae concinunt avicolae, totus mundus agit choreas. Ita haud aliter inquam D. bonitas Microcosmum hominis aeram tenebris peccati languentem redivivo instaurat vigore, dum superior homo Coelum aera, Illus nimir. fide, spe memoria, voluntas charitate refulget; Inferior est homo et sublunaris ac elementaris, quinque sensus videl. gratiosae huius virtutis lucem sentiunt: Oculi n. castitate, aures pietate, discretione nares, os parsimonia mortificatione lingua et corpus, concupiscibilis facultas temperantia irascibilis mansuetudine resplendent. Unde ridet spiritus exultat aera caelestique perfusa laetitia in laudes erumpit Conditoris. O lux beatissima, reple cordis intima tuorum fidelium! ut luceamus in domo Ecclesiae non sub modio, damnatorum carcere, sed supra candelabrum verae legis, talis lucerna in domo Ecclesiae ipse redemptor noster fuit, candelabro S. Crucis impositus, ut toti mundo diesceret aurora pacis et gratiarum; irruerunt quidem undique in hanc lucem validi, adeo et procellosi venti, ut propemodum extincta sit, nam oleum defecit quando effuso sanguineo liquore corpus exaruit, et elychnium sublatum est, aera a carne ~~dis~~ divulsa, Post triduum autem sua

virtute iterum flamma emicuit, cum oleo immortalitatis vitae affuso, et quadragesimo ab hinc die, non iam Crucis candelabro, sed throno misericordiae ac Justitiae ad dexteram Patris superimpositum, blanda luce affulget fidelibus, et dirum torquet in impios non iam fulgur, sed fulmen; Eleganter n. ut solet Sapiens Seneca inter utrumque distinguit: fulguratio (inquit) lib. 2. c. Ignem ostendit, fulminatio a. emittit; illa ut ita dicam comminatio est; et commotio sine ictu; ista iaculatio cum ictu illa est fulmen non in terras, usque perlatum; haec est fulgur usque infra terras productum.: Nihil ad rem nostram commodius Philosophi dicere fuisset, Quam hoc, aliud n. est fulgur Justitiae, et aliud est fulmen; fulgurat Deus dum minatur impio, fulminat impium, dum telo mortis ictum in orcum praecipitat, fulguratio iudicio est fulmen in hac vita misericordiae castigantis, fulminatio est fulgur Justitiae post mortem desaevientis, quo sensu regius Propheta: misit sagittas suas et dissipavit eos, fulgura et consummavit eos &c.

Cogitatio sacra de mineralibus.

Benedicite omnes virtutes Domino. Daniel 3.

1. Metalli fodinae sunt inferorum suburbia.
2. Argentum humilitatis Deiparae typus.
3. Tot sunt gemmae quibus aera condecoratur, quot virtutes, Fides Saphirus, Spes Jaspis, Charitas Saphirus, aut opalus, et sic de caeteris.

Proaenium.

Hujus statuae caput ex auro optimo erat, pectus autem et brachia de argento &c. Danielis 11.

Metalli fodinam secto terræ utero subimus statuam novi
artifices elaboraturi, qualem Nabuchodonosor sibi in som-
no oblatam vidit ac obstupuit, cuius nimir. caput ex
auro optimo, erat, pectus et brachia de argento, venter et fe-
mora ex ære, tibiæ ferreæ, pedum quædam pars erat fer-
rea, et quædam fictilis; Quam in rem planetæ docti
mineralium fabri, metalla conferunt, gemmas et succos
hos quidem ut quatuor humores suppleant, illas a. ut quinq
sensibus subserviant: Nam manus decet esse ex Beryllo
ex Amethysto linguam, cuius lapilli virtus est ebrietem
prohibere, et sic de aliis. Hac ratione tandem effigies pro-
dibit exemplari Christo simillimo, de quo Canticor. 5.:
Caput eius aurum optimum, manus illius tornatiles aureæ
plenæ hyacinthis, venter eius eburneus, dnctus saphyris,
crura illius columnæ marmoreæ &c.

Sex species sunt Metalli: aurum, æs, argen-
tum, ferrum, stannum, plumbum; eo fine con-
cessæ hominis a Conditore Deo, ut eo ad ampliorem gratiarum
actionem se obligatum sciat, quanto maiori beneficio se
munificentiæ D. obstrictum sentit, si n. pauper, ei a
quo metalli partam accipit, gratias agit, quas gratas me-
tallorum Creatori uterum terræ his divitiis foecun-
danti referimus? verum quidem est homines turpiter abuti, ac
inprimis auri argentique dolifodinas esse, et omnium scelerum
seminaria, quibus orbis terrarum inundat. Idcirco Deus
ipse non ignarus futuri abusus intra viscera terræ aurum
profundius cæteris metallis omnipotente manu sua abscon-
dit, nunquam proditurum in lucem, nisi obstetricans
avaritia hominum scisso terræ utero, pretiosum planeta-
rum partum, l. invitum sub auras educeret, mai ore hominum
bono, si præclarum Dei beneficium in iniuriam suam

non verteret mortalium impietas, qui dum tanta crepi-
dine per sexcenta vitæ pericula aurum rimantur, per exca-
vatos montes, viam sibi ad inferos æternunt, extracturi
ab orco metallum, cuius abusu ad orcum condemnentur.

De argento in specie.

Ab ~~argento~~ auro ad argentum transeo, sicut n. illud non
insitè divinæ Chri naa et aureo soli assimilari pot,
ita argentum Deiparam refert, lunamq argenteam ar-
gentum itaq quantocunq niteat candore, manibus tn
contactum ut exploratum pecuniosis e, fuliginem affri-
cat; adeo ut Plinius docere ausus sit; a candore ni-
gredinem nasci, tota tu qdm candida es o Deipara! et
macula non e in te peccati originalis aut actualis, nihil
omnino fuligo quædam a candore tuo virgineo tunc nascitur
qndo fuscam illam virginitatis lineam aræ devotæ pijs
affectibus veluti digitis contacta, inprimis meditanti verba
illa: Ecce ancilla Dni, Quid o Diva! Mater eli-
geris et ancillam te vocas? sed humilitatis hæc um-
bra est inquis, et hoc argentum (te notas digito:) ex-
pressit; ita e o Dna aurea! demissio tua candidissum
argentum, utraq cordis manu, Illu nimir. et volte
frequenter versata, humilitatis relinquit in animo no-
tam, sed nulla lux clarior, nulla nix candidior e hac
suipsius argentea, aureaq fuligine.

De Gemmis.

Facile mihi non e, mirarine debeam magis scintillantis
fulgura Chrysoliti, an sidereæ spicam virginis? pallorem
Saturni, an Calcedonij? rubedinem Martyris, an purpu-
ram Sardonij? lunam albam, an Candorem Berylli?
igneum solem, l. aureum Chrysoprasum? nisi quod sydera

maiores sint Coeli gemmae, quarum uberior et amplior naa
ming naa vim et artem admirabilem reddit, hae vo minora
sint terrae sydera, in quorum exili corpore tam efficax
conclusa virtus, tam multiplex et artificiosa colorum
pictura, quo inextricabilior oculis, eo admirabilior ani-
mis contemplantium accidat, sed ut de singulis pauca
delibemus:

Adamas e lapillus orum durissimus mxe pspicuus sum-
mig valoris vg. si pendit 24 grana, aestimatz 3230. du-
catis, nascitz in fodinis profundissimis, et saepius in me-
dia rupe, eiusdem virtus e pellere venena, compescere
metus lymphaticos, hostilem demulcere furorem, hoctn
vitium hbt, quod sanguine hircino emolliatz. Hircus
aral vetens e, et luxuriosum, quam multi Juvenes
Angelici, quorum vitae innocentiam nulli incurvant
mallei adversitatum, vitio luxuriae emolliuntz! In
Juventa Casimiri, Epicuri, et Sardanapali in senecta
de qbus dici pot:

Angelicus Juvenis senibus Sathanizat in annis ©.

Saphirus colore coeruleo pspicuus e, et oculis amicus
sordescit a gestanti libidine, venenis resistit, scabiem
minuit, medicamentis commiscetz © Fidei virtus huius
gemmae pprietatibus exprimitz, nam et hac oculum aa
Illum iuvat a vero ad falsum discernendum, praesentis-
simum e contra haereseos venena antitodum, et orum
medicinarum aa ad vitia expurganda, pars e necria,
minuit pruritum carnis, et libidine obscuratz.

Jaspis e lapis in quo orum mxe ludit naa varijs
coloribus, candore, purpura, virore, in quo mappae et
geographicae depictae videntz, sanguinis fluxum si-
stit, quare virtutem spei denotat, quae inr huius
vitae miserias fluxum sanguinis sistit, dum erigendo

aiam ne desperoe adacti sanguinem fundamus prohibet, exhibet a. intuenti mappas, non regnorum terrestrium, sed Coeli ac Syderum, quae speremus.

Rubinus, rubeo colore nascitur tum in fluminibus, tum in fodinis, cum est in saxorum Matrice, primo quidem candicat, maturior a. factus ruborem contrahit, non est dissus à Carbunculo, ita ut maximus rubinus Carbunculus dicatur, Politur scabe adamantis, quem pretio exaequat, paleam et levia corpuscula elevat succini instar; dicitur venena pellere, tristitiam arcere, corpus servare incolume, somnia minuere, infortunia mutato colore praesagire, quae si fabulosa sint, vera tamen sunt in Carbunculo, aut rubino Charitatis, huius n. color si vitio tepiditatis immutetur, ruinam praesagit, ac instantia infortunia, peccata etiam mortalia, venena aiae pellit, paleam opera nostra exigua aclevia ad dignitatem supernaturalem elevat, animeque somnum peccata scil. venialia minuit.

Opalus est lapillus qui colores habet omnium aliorum, nam inest illi et adamantis perspicuitas, rubini fulgor, ametysti purpura, smaragdi viror, coeruleum Saphyri, imo omnium lapillorum vires ipsum habere aiunt. In alteram imaginem Charitatis, quae omnium virtutum compendium est.

Smaragdus est lapillus Diaphanus virens, nascitur in India, Prasinus appellatur à nonnullis, frangitur cum gestans mortali laborat morbo, et praesente pallet veneno, applica nunc.

Topazius est lapillus virens aureo nitens fulgore, cuius virtus est coercere libidem, sistere sanguinem, sitimque mitigare.

Sardius, cui et Sarda et vulgò Carnalina nomen ob sanguinolentæ carnis colorem, ē gemma vulgaris semi-pellucida, facile scalprum admittit, unde in litteris ob-signandis frequens ē eius usus.

Onyx ē lapillus colore mixto ex albo et fusco, ad similitudem unguis humani, unde et illi nomen dicitur roborare vires corporis venenumq̃ cohibere.

Ametyctus gemma ē coloris violacei purpurei, qui resultat ex rubro et cæruleo commixtis, nascitur in fodina durior ē granato, mollior rubino, ingenio conducit et ebrietatem cohibet, variæ sunt illius spēes, nam alius vini subpurpurei colorem hbt, alius ferè totus ē perspicuus, imo in spēem adamantis ab igne convertitur.

Granatus ē Carbunculi spēes colore igneo, nascitur in fodinis, Indicus præstat Bohemico, qui sphæricus ē, ac minoris pretij, q̃a mollior ob maiorem vitri copiam.

Hyacinthus quoq̃ Carbunculi spēes ē mollior et flamminei coloris, ad similitudem Carbonis accensi, (: carbones succensi sunt ab eo:) creditur collo appensus pestem arcere, tueri à fulmine, divitias, honorem, et prudentiam conciliare, sed nugæ.

Achates ē gemma desi coloris, quam lineæ figuræ maculæ miris variant modis, Anselmus Boetius ē auctor, se habuisse huius spēei gemmam, non maiorem dimidio ungue, in qua acurate erat expressa mitra Episcopi, omitto illam quæ exhibebat Appollinem Cytharam pulsantem inr̃ septem Musas, et illam aliam quæ septem arbores in planitie collocatas referebat: in his applicoēm ingenioso lectori reliquimus.

Cogitatio sacra de Plantis.

1. Ecclesia est hortus.
2. In quo flos campi Chrus.
3. Lilia convallium virgines.
4. Martyres rosae.
5. Arbor vitae, arbor S. Crucis, cuius radix peccatum originale, Caudex D. Misericordia, rami gratiae supernaturales, flos purpureus passio dolorosa, fructus Chrus crucifixus, semen quatuor Evangelia.

Proœmium.

Laudate Dnum de terra ligna fructifera et omnes Coeli. psal. 14. In amplissimos campos D. sapientiae ac bonitatis descendimus, ubi tot verba quot flores, tot characteres quot folia, tot nata quot germina Hortulani poenam depraedicant. Quemadmodum Magni in puncto terrae aeternae Principes hortos regio aedificant luxu, praeclaris et selectis florum radicibus conserunt, et muro circumvallant, arbores plantant raro fructu foecundas, rivulisque rigant: Haud aliter Coeli terraeque antitus princeps amplissimus, cui hominem praefecit, hortum regium condidit, verè n. hortus est microcosmus homo, organis herbarum, germinum, arborum, florum, fructuum, seminum speciebus locuples et copiosus, cui pro solo fertili est toto pectore porrecta ac diffusa aeternae, quam sanguis irrigat, ossium continuata moenia circumsepiunt, cuius Hortulanus gratia Dna, cuius fructus ac flores dirsi actus virtutum, quam arbor S. Crucis inumbrat; veni nunc in hortum meum soror mea sponsa, inquit ad animam dilectam sponsus in Canticis; nimirum ut ingrediatur utroque pede Illus sui et voluntatis invitat, et contemplando

germinum arborumq̃ nãas et pprietes, hinc flores, inde fructus, salubria vitæ documenta decerpat, gustet, volte et oblectando se in mirifica sapientissimi Hortulani providentia, ieiunam aiam exsaturet.

Ne in tanta germinum varietate ac ubetate per oĩa vagi, modum institutæ brevitis excedamus, pauca tm̃ de uno alteroq̃ flore ac arbore delibabimus, adhortante nos D. Basilio Hexam. hom. 5. Tu vo cum urbanas, agrestes, aquatiles, terrestres florigeras, si floribus haud prædictas stirpes conspexeris, ex hisce rebus exiguis, Deo mxo cognito, admiraem spr accumulato, ac tuum erga rerum illarum opificem amorem Charitemq̃ augeto.

De flore Campi, et lilio Convallium.

Quid ita rubet ut rosa? Quid ita candet ut lilium? viola a. purpuram nullo superari murice oculorum magis quam oris iudicium e, Ego inquiebat Chrus flos campi, cui pater in Coelo, eterna Mater virgo, et sicut primo vere flos luce concipit et rore; Ita ego mense martio luce D. grãæ virginem Matrem obumbrante, roreq̃ Spus S. conceptus, natus postmodum in agro Bethlehemitico, toti mundo spectabilis, non vnius horti flosculus, sed flos Campi sup montem Calvariæ in Cruce efflorui, respicite in me Phili, et si e color sicut color meus, candidus, summa vitæ innocentia, rubeus mei sanguinis, regia purpura; considerate et lilia agri, quorum qntus sit candor in foliis, admirari satis nunquam poteritis, Ego qdm sum lilium convallium, virginea candidum carne, et divinitate intus aureum, charitate et extensum, et erectum maiestatis gloria, humilitate et recurvum, et nominis ac doctrinæ fama odoriferum. Pascor a. inr agri lilia, Angelorum, virginumq̃ choros.

Nec Salomon in oī gloria sua sic cooperatus ē sicut unum
existis, tota n. pulchra sunt, Considerate a. Phli quomodo
crescant, non laborant virgines neq̄ nent, et tn̄ vitæ can-
dore, odore virtutum aureo charitatis fulgore regij
superant luxus magnificentiam, O mirifica pulchritudo
virginum! crescitis inr̄ spinas concupiscentiæ quas edo-
matis, aut inr̄ spinas austeræ vitæ aculeis videl. cilici-
orum, flagellorum contra hostiles insidias obarmatæ
nam castitas à castigando quorundam iudicio genus hbt,
et nomen, quod satis lepido cursu quidam expressit:

Si bene sum pasta (dicit Caro) non ero lasta.

Salomon certè dum Carni indulsit, dum spinas et acu-
leos removit; exarsit ignis in spinis, concupiscentiæ, Ignaq̄
D. amoris extincto, perdidit fulgorem sapiæ, vitæ can-
dorem, et virtutis ac bonæ famæ odorem; dedisti
maculam in decore tuo, ait S. Textus de eo.
Coeterùm non laborant lilia ut crescant, neq̄ virgines,
nam teste D. Cypriano, virginitas ē perseveran Infantia;
quare non tam nere oportet ac laborare, ut candorem
lilij adipiscaris, sed ut conserves; Nihil qdm magis ini-
micum lilijs, otio et tactu; hoc deflorent, illo computres-
cunt, si semel decerpas, aut sua in folia solvas, amoritq̄,
nec ulla ē artificis manus quæ port lilio deperditum red-
dere candorem; Utinam virgines nrā caverent sibi dili-
gentius ab utroq̄ hoc hoste, plura in Ecclia convallibus
germinarent lilia, interim dum incautæ otio immersæ
libidinoso, aut et tactu turpiori contabescunt, lamentari
sæpe necesse ē, cum Propheta Jeremia: Egressus ē
à virgine sion filia omnis decor candoris eius.
Et: Quomodo mutatus ē color optimus? Cū.

De arbore S. Crucis.

Volentem plura de floribus dicere, Anastasius Synaita, lib. 2. in Hexam. interpellat; Tu a quando audis (inquit) quod post eam, Ecclesiam nempe terra bona, primum quidem herbam foeni iussa est colere, deinde et iubet colere lignum fructiferum faciens fructum, nihil aliud illiges, quam paeonem Crucis, et ideo dicit Ecclesiae ut germinet lignum Crucis, sed nobis solis fertile, Judaeis a scandalum et incredulis stultitiam, faciens a fructum, et aspectu pulchrum, et bonum, ad vescendum nempe Christum Crucifixum, cuius fructus semen est Evangelica praedicatio, facta ex ipso fructu et procedens in terram dilatata ac dispersa, quando mandavit Discipulis; Ite et praedicate Evangelium omni creaturae; Ita Anastasius Eleganter ad nostrum propositum. Nam quod arbores imprimis ab utilitate laudari soleant, et protoparentes nostri carnium esu ante diluvium l. non concesso mortalibus, l. nequaquam usurpato, harum fructibus vitam in tantum deduxerint aetatem, nullis alijs vestibus quam ex libro seu cortice consutis, nulla alia domo quam umbra his proiecta usi fuerint, in primis arbori S. Crucis convenit, cuius umbra contra procellas, et saevientis tyrannidis flumina tuti, nullo alio vestitu quam durae crucis cortice, nullo alio aeris cibo potuique quam fructu, Botro illo Cyprio e Cruce pendulo reliqua sua usi sunt aetate.

Arboribus deinde domos urbium instar aedificamus, nec in magna orbis parte aliae sunt, quam e ligno civitates, eo frequentia et amplitude nostratibus suppares. Maria arboribus et sternimus, et ut omnem hunc terrarum, aquarumque globum usquequaque pedites

obire et perambulare possimus, arborum servitio effectum est,
Crucis pariter usu factum est, ut procellosum hujus vitae mare
securi transnavigaremus ad portum aeternae felicitatis, ex hoc
ponte ligneo procul inde abysso inferorum despecta evalle
lachrymarum ad montem Sion transimus, Suaviter n. navi-
gat, quem navigium Crucis portat, cujus vela fides, ad oriam
quae ecclesia credit expansa, anchora spes, remi actus virtu-
tum, navarchus amor Dei, aura leve adspirans spiritus S. gratia.
Verum ut diximus et domus sunt arbores quas volatilis
populus incolit, in harum ramis fessae natatu per aera avi-
culae quiescunt, harum foliis ab ingruente pluvia tuentur
corpuscula, hic somnum capiunt inde cibos carpunt,
in his ad solis ortum cantillant, statoque a natura tempore nidu-
los aedificant, pullos progignunt, aluntque et educant im-
plumem sobolem: Ita lignum Crucis quoque domus est
animae Christianae, quae binis alis Illius et voluntate praedita
ad hanc arborem evolat, quotiescunque aut tempestatem
Coelum minatur, aut cogitationum et effectuum volatu
per terrestres regiones vago, fessa silentium repetit
et quietem, in hac arbore somnum capit quando duas
praedictas potentias uti et alas, sic et oculos animae mundo
claudit, Hic nidum aedificat dum ramos transque virgulta
varios nimir. virtutum actus congerit, et trinam sobolem.
scil. fidem, et spem, ac charitatem gratia Divina ex
eiusdem arboris fructu deflua ~~enutrit~~ enutrit. Hinc
dnque in laudes eloquentem solvit animum, facundoque si-
lentio grates conditori decantat.
Denique l. umbras arborum obstupescimus, mirum dictu est,
quod de Fraxini umbra memorant viri eruditi, tantam
eius esse virtutem adversus serpentes, ut ne matutinas quidem
occidentesque eius arboris umbras, quae sunt longissimae,

serpens non solum non attingit sed et procul inde auf-
fugiat. Expertum se affirmat Plinius ut Peurius nr: si
ea fronde concludatur ignis et serpens, ut alia via, quam
per frondes fraxini elabi nequeat, in ignem potius quam in
fraxinum fugere serpentem, potuissetne a clarius symbo-
lum S. Crucis naturae progignere? an non umbra huius ser-
pentes infernales procul abigit, ut non tantum umbram, sed
et aspum umbrae, veluti capiti imminens inevitabile
fulmen perhorrescant. Sane quanto in die Judicij gyro,
et circuitu vallis Josaphat claudetur universa creatura
rationalis, Crucis inimici serpentes nimirum animae et spiritus
damnati, malunt ex hoc gyro per infernales flammas
(audio n. acclamantes montibus cadite super nos) fu-
gere, quam sub aspum crucis in aere emicantis pro-
dire. Verum quanto magis inimica fulget impijs Crux
gloriosa, tanto amabilior illius umbra beatos obtegit,
iucundissimam n. omnium arborum umbram Platani ab
antiquitate esse, est proditum, adeo, ut si Plinio credimus
haec arbor solius umbrae gratia, ex alieno orbe peti-
ta et in Italiam advecta tanto in pretio et honore
sit habita, tantoque hominum studio petita, ut solum eius
quo plantabatur, tributarium fieret, et gentes vec-
tigal pro illius umbra penderent. Arbor S. Crucis Pla-
tanus est ex alieno orbe, et coelo advecta, nam fructus
eius ac folia et flores purpurei virtutem soli nostri
terrestris longe superant; huius umbra tam pretiosa
est, ut moas calvariae cui imputata eodem die flo-
ruit, fructumque maturavit, cum semine tributarius
factus sit. Dum gentes Christianae toto anno
confluentes soli Dominis Turcis vectigal pendunt,
ut in huius arboris umbra considere ipsis, et

quiescere liceat aliquantisper C. arbor pretiosa vectigal, Ego quoq duos quos habeo unicos pendam obulos, aram videl. et corpus, ut sub umbra alarum tuarum protegas me.

De alijs arboribus.

Coecus à Nativitate hominem arbori comparat, video homines sicut arbores, sive deinde radicem spectemus et corticem, sive folia et flores intueamur, aut fructum divitem consideremus varietatem.

Quaedam igitur arborum sunt urbanae et domesticae, aliae sylvestres et agrestes, harum nonnullae sunt omnino steriles, et infoecundae, ut folices, quae nec semen nec fructum gignunt; aliae semen quidem creant, sed non fructum, ut fagus; sunt aliae utriusque fereces, velut pomiferae, et glandiferae: Haud aliter hominum alij agrestes sunt, extra Ecclesiae hortum in deserto Idololatriae plantati, steriles hi sunt et infoecundi, quia nec germen bonarum cogitationum concipiunt, nec flores gignunt sanctorum desideriorum, nec fructus bonorum operum maturant: similiter hominum domestici quidam sunt, et in arboreto verae fidei crescunt, semen quidem virtutis concipiunt, et florent Sanctorum Desideriorum multi colore, varietate, at nullus consequitur fructus emendationis vitae. O ingratitudinem detestandam!

Arbores sensus omnis licet incapaces Hortulano suo singulis annis et flores proferunt iucundos, et innumeram fructuum progignunt capiam, homines vero Christum agricolam suum bonorum operum de-

fraudant. Quam verè tibi convenit ô Redemptor suavissime; in sudore vultus tui vesceris pane tuo in sudore sanguineo divinæ faciei tuæ plantabis arbores tuas, Egressus es hujus rei causa, regia tua coelesti in terram virginem, descendisti, ut animas redimeres, quarum salutem avidè esuriebas et sitiebas, ardenter, sedisti super fontem crucis, et irrigasti purpureo sanguine tuo arbusculas tuas, ut facerent uvas et fecerunt labruscas, pro floribus tibi spinas, quibus coronaris, pro fructibus tribulas quibus tribularis flagellaris, pro seminibus respondèrunt vulnera. Audite vos ô arbores inutiles et infoecundæ, iam securis ad radicem posita est, cadendum est, at in quam partem? In illud certè latus senio graves deflectunt arbores, in quod plurimas extendebant ramos, Ita et tu quoque arbor Christiana, illam in partem succisa mortis falce corrues, ad quam plures in vita amoris et odij et affectus ramos amisisti, sive ad dexteram ubi oves Christi et chorus Beatorum, sive ad sinistram ubi hædi et damnatus grex, si ceciderit lignum sive ad austrum, (ad Coeli plagas) sive ad aquilonem (ad Infernum) ubi ceciderit ibi erit.

Cogitatio sacra de viventibus sensitivis aquatilibus.

1. Vado piscari. Joannis 21.
2. Navigium Illus est, qui aquis tunc innatat, cum cogitatione circa piscium naturam proprietatesque versatur.

3. Clavus sine quo navis in abyssum subsideret
est fides Catholica.
4. Anchoræ loco Sanctorum Patrum, qui sunt Nau-
clari servit doctrina.
5. Magnete à polo veritatis nunquam declinante,
sacra scriptura utimur.
6. Vela sunt Sancta Desideria, quæ aura di-
vinæ gratiæ extendit.
7. Denique discursu nostro tanquam reti aut hamo
piscium naturas ac proprietates illaqueamus.

Proœmium.

Benedicite cete et omnia quæ moventur in aquis Domino. Danl. 3.
Laudate Dominum de terra bestiæ et universa pecora,
serpentes et volucres pennatæ. psal. 148.

Ecclesia mare est, et rubrum quidem, purpureo san-
guine videl. Christi tinctum, quod Hæbræi, Catholici
incolumes transeunt, ægiptij (Hæretici) submergunt,
quod aura spiritus Sancti perflat, quod Christus gratijs suis
perambulat, ex quo Electi piscatu Apostolorum ad littus
vitæ æternæ pertrahunt. Piscis es ô homo (inquit
D. Ambros. hexam. lib. 5.) audi quia piscis es, simile
est regnum coelorum reti misso in mare, et ex omni ge-
nere piscium congreganti, cum a. esset impletum duxe-
runt ad littus, et sedentes elegerunt optimos in vasis
suis, malos a. foras miserunt, sic erit in consummatione
sæculi, exibunt angeli et separabunt malos de me-
dio iustorum &c. deinde addit. Noli timere ô bone
piscis hamum, non occidit, sed conservat et consecrat,
tandem concludit sanctus Doctor: exili super undas
ô homo, quia piscis es, non te opprimant sæculi istius
fluctus, si tempestas est, pete altum, et profundum,
si serenitas est, lude in fluctibus, si procella cave à
scopuloso littore, ne te in rupem furens æstus illidat. Ita ille.

admiranda animalium ingenia ac mores, quid aliud sunt
quam totidem gradus, quibus humana mens, in omnium Opificis
Dei sapientiae et bonitatis laudes atque encomia exur-
gat, aut magnifica verba, tum Conditoris maiestatem
explicantia, tum documenta quae Et. Omnipotentia in
diversis naturis tanquam tabellis quibusdam, manu verbi
aeterni, sapientiaeque calamo conscripsit, ut his Paeda-
gogis virtutem doceamur, et vitia dediscamus.
Quod n. semel sapiens imperavit: Vade ad for-
micam o piger! hoc quotidie D. sapientia iubet, ite
ad pisces mortales, aeris et aviculas et bestias terrae
abite, ut earum perlectis proprietatibus sapientiores
inde redeatis; Vado igitur piscari, si idem vobis
sensus est Philippi qui apostoli ite et vos mecum.
Navigium illius iam est instructum, retia quoque (tres men-
tis operationes illigo.) parata sunt aptati transtris
remi, passiones scil. recta rationi adstrictae, vela volunta-
tis passa, et Naucleri SS. PP. conducti, conscendite.
Perpendite mihi quaeso (inquit D. Gregor. Nazian.
Theol. lib. 3.) Natatilem illam naturam, quae per aquas
lubrico fertur libramine, ac per liquidum Elementum
quasi volat quae cum in proprio aquarum spiritu perinde
atque in delitiis suis versetur, in aere hoc nostro periclitari haud
secus atque nobis periculum est in aquis, tum eius gene-
ris mores, studia, partus, magnitudines, certas mansi-
ones, pulchritudines, vagantium errores, conventus et
secessus, Breviter cuiusque proprietates non minus varias
quam sunt et terrenorum, Nonnullorum a. et ami-
citias et factiones inter se quorundam, cum specie
tum nomine contrarias.
His peroportune adyciuntur verba D. Basilij: Noli

flocci pendere (inquit.) pisces, quod voce careant, Quod
aralia sint penitus expertia rōis, sed vereri, sed permetu-
ere velis ne Creatoris obstando praeceptis illis rōis ex-
pertior videare. audi pisces, pisces divinae legi non adver-
satz, et hōies salutaria praecepta non ferimus.
Sed et D. Basilius praeclara dictōis elegantia, tanquam
aureo hamo Echynum piscem singulare D. providiae mo-
numentum extrahit; Ait inquit cum ventorum pertur-
baem persenserit, calculum haud exiguum subit sub
ipso tnqi anchora se stabiliens. detinetz n. illius pon-
dere, ne facile fluctibus trahatz ac agitetz, Id ubi
Nautici conspiciunt futuram hoc indicio ventorum
agitaaem tempestatemq praesagiunt, Nemo homo
stellarum scīa praeditus, nemo Caldaeus procellas ex
ortu ~~stellarum~~ syderum coniectans, aeris turbulam
herinacium docuit, sed marium dominatz atq ven-
torum, huic eh aranti parvo immensae suae sapiae
vestigium evidens et apertum impressit. Nihil ē
prorsus quod sub providiam Dei non cadat, nihil ē
oīo quod a Deo neglectum sit, oīa explorat, oīa con-
spicit oculus ille pervigil, oībus adē facultatemq
salutis ille cuiq praestat, Haec Basilius.
Nos quoq pisces sumus iuxta illud D. Ambros. piscis es
ô homo, retinam et nos Echyni naam imitaremur,
et instante procella, l. a ventis naufragae superbiae
l. a fluctibus voluptuosae carnis, l. a tonitruis ful-
minibusq thartarei Jovis cum herinacio pisce calcu-
lum, de quo Aptus: Petra a. erat Chrus ore arripe-
remus ē manu, ad aras facientis missae dicturi cum sponsa:
tenui eum, nec dimittam.
Interim dum S. Basilius Echynum piscatz anguillae

adnatant, quarum nãa vulgo satis ē prspecta, nam
in limo degunt, atq adeo lubrici sunt, ut inr capientis
manq elabantq, tangiq point non teneri. Nihil aptius
nãa progignere potuisset ad praesentanda huiq vitae
lubrica et caduca bona, quae cum adveniunt, abe-
runt, occidunt in ortu suo, gustare pnt satiare
non pnt, pulvere a- conspergat manq qui anguillam
ne manq venantes effugiat, prendere cogitat, me-
mento hō qa pulvis es, hoc pulvere attenta nimir. et
frequente mortis meditoē manq opera videl. tua consperge,
et tenebis ita huiq vitae bona, ut alteriq non perdas.
Amabilis dnq Delphinq nobis piscantibq, cito per undas
cursu allabitq, qui Crocodilum acerrimum hois hostem,
iurato odio prosequitq, navigantibq adē iucundq comes,
et iucundq praeit. non eductois assuetudine voluti
canes et Iqui, non necessite adactus ut Elephantes, sed
genuino quodam in hoies affu a nãa ipsi indito, quo per-
versitatem meam increpat, quod cum insitq mihi sit ab
auctore nãae in ipsum tnqi centrum cordis mei appetitq
ac inclinaō, nulla tn amoris dbti signa quae piscis hoibq
exhbt creatori rependam. Coeterum plures simul in
theatrum prodeunt aquatilium spēes, ibi postinaca,
quam turturem marinum vocant, illinc nullq emergit.
Muraenas ad sinistram, ad dexteram phocas cerno; inde
remora inr orcas adnatat, illinc innumera piscium ge-
nera, tum ex aquis dulcibq, tum salsis et marinis pra-
sto sunt. duri alij, alij molles, illi testacei, illi cru-
stacei, nonnulli saxatiles, aliqui littorales, squammosi
praeterea et non squammosi lyriformes et et serpentini
cum alijs plurimis sese illui offerunt, quos et discur-
sibus philosophicis irretire facile ē, et voluntate de-
gustare utile ē aeque ac periucundum, mihi tn vestra
venia Phli piscationi diutiq adē non vacat, ad
aucupium properanti.

Sed quid ē quod navigium derepentē immobile medio in cursu consistit? num remora puppi adhaeret? mirum ē tantam virtutem ēē illi, quem ab effu appellarunt remoram pisciculo, quantamvis navim remis ventisq incitatissimam in medio sistit cursu, tenetq immobilem; at longe maior Charitis virtus ē, quae fulmen vindice Dei manu vibratum in peccatricem aīam momento remoratur. Videte itaq Phli ut hos pisciculos (actus Charitatis illigo) prae alijs retibus concludatis vestris, hoc n. genus piscium exoptat Chrus, qndo sagenam suam, cui simile ē regnum Coelorum, mittit in mare, quod a. mare? nisi Ecclia? ē qua electi Aptorum piscatu ad littus vitae aeternae pertrahuntur, mare rubrum Chri purpura, mare pacificum, et factus ē n. in pace (Ecclesia) locus eius. (et quae quae pratorum grāa inquit D. Ambros. Hexam. lib. 5. (quae Ego de mari mystico interpretor) l. hortorum amaenitas potest coerulei maris (Ecclia cum Coelo concoloris) aequiparare picturam (virtum multicolorem amaenitatem) aurum licet in pratis florum refulgeant, auri quoq fulgorem in mari lana (in Ecclia aurea Charitas) respondet. et illi cito marcescunt, ista virtus charitas diu duratura (sn fine) servatur, lilia in hortis eminus nitent, vela in navibus (exempla virtutum in Ecclesia) Hic odor illic ventus (Spiritus S. grāa) adspirat. quae utilitas in folio, in navibus (in Ecclia) quanta commercia bonorum operum. Adde pisces (electos) salientes, (laetitia Spus S.) et Delphinos ludentes (caram Chro piscatore variarum virtutum actibus, hilarem n. datorem diligit Deus) sed ut cum D. Basilio Hexam. homil. 7. concludamus, etsi religiosum hoc theatrum plusculis audiendis inhiet, sitq non iniucunda servorum auribus miraculorum herilium enarratio, hic tn ad portum orāōe deducta accedentem exspectemus diem, ad ea quae restant reddenda.

Cogitatio sacra de viventibus sensitivis aërijs.

Laudate Dnum de terra volucres pennatæ. psal. 148.
Benedicite volucres Coeli Domino. Danielis 3.

1. Aliud aucupium est spirituale, in quo Chrus auceps, volucres coeli aëræ rationales, rete fides, aves caveis inclusæ exempla Sanctorum, quatuor venti afflantes volucrum gregem; Auster amantis, Boreas castigantis, Zephyrus miserentis, Eurus præmiantis Dei.

2. Aliud aucupium est philosophicum in quo auceps aëra, viscus apprehensio sive memoria, rete discursus, aves caveis inclusæ cæteras quæ suæ speciei revocantes nata et proprietes unius alitis cognitæ, evocantes et edocentes modum, cæterarum dotes investigandi et assequendi.

3. Aliud dnus aucupium est Diabolicum, in quo volucres aëræ, aucupes Dæmones, tentationes retia, cavea infernus. &c.

Sequamur igitur D. Greg. Nazian. de Theol. lib. 2. consilium; Et à piscibus ad volucres, à pinnis ad pennas, à piscatu ad aucupium animos convertamus. Post hæc ait ille et volucrum expende gregem, sive figuram, sive colores spectes ex his aliæ sunt mutæ, aliæ cantillant etc., et quæ cantus huius est ratio? et unde? Quis cicadæ plectrum dedit in pectore, quis cantiones et garritus quos arborum ramidum personant, cum illæ solis temperamento exhilarescentes nemoribus meridianæ musices pensum persolvunt, tanta cum suavitate audientium, ut viatores nonunquam ab instituto itinere voce sua

distineant? quo praecinente carmen contexit olor, cum pennis velut fistulis quibusdam in auram explicatis facit modulos? Haec ille.

Nec inelegantius id asserit Cyrillus Cathe. 9. Quis poterit perspicere volatilium naam? quomodo haec quidem linguam habeant canoram, ista a varia pennarum ornetq pictura, illa vo supra alia oia in medium aerem elata stare, et nihil moveri videantq, ut Accipiter distentis alis stat immobilis spectans ad austrum. Quis hoium poterit visu consequi Aquilam exaltatam, quod si avem non potes conspicere, quomodo oium factorem vis considerare? haec ille, alijs qdm, sed non aliter.

De Columbris et Turturibus.

Adm familiare e spui S. in sacris litteris similitude petita ex avibus dilectam instruere, laudaturus enim sponsae decorem castitatis. Ecce pulchra es, amica es inquit oculi columbarum. Nam oculi columbini signant oculos (vide eP Cornelium a lapide) non vagos, et minime lascivos, sed pudicos, et castos nob insitum his arantibus castitatis et pudicitiae amorem; Etenim rerum naalium peritissimus Plinius, prima inquit illis pudicitia e, et neutri nota adulteria, coniugij fidem nesciunt violare, o virtem eP in Columbis! addit praeterea, si forte impudica amore seducta Columba controveniat insitae castitatis legi, circumsideri eam ab alijs, et marem qdm a maribus discerptum, foeminam vo a foeminis divulsam impudicitiae dare poenas. Pauci hodie puelli et puellae invenirentq, nisi discerpti. Eodem castitatis amore imbuit naa turtures, eandemq ipsis indegeneres poenam dictavit. Audite haec o Juvenes, qui cum graa Divina sponsa pulcherrima

in baptismo connubium innocentiae iniistis, et nunc cum peccato mortali et daemone adulterium paratis. Va vobis! aderunt innocentiae laesae vindices turtures, et si non ex temporali morte, quod de turturibus tradin foras tn ex pellent, reliquamq aetatem in misera viduitate vivere iubebunt, advolabit Justia D. et vngue vindice adulterum corpus ac aiam in frusta discerpet à tartareis corvis longa aeternitate depascenda.

De Aquila.

Altera similitudo ex avibus desumpta qua Dilectus Dilectam instruit e monitum illud aut imperium sponsi: renovabitur ut Aquilae Juventus tua. Aiunt Aquilam in senecta rostrum eo usq increscere atq incurvari, ut obstructo oris aditu oem capiendi cibi potusq facultatem adimat, oculos et caligare, et pennas nimia vetustate praegravari, illam vo oibus his psens adhibere remedium, Rostrum qdm vehementi allisione ad saxum confringere, oculos deinde soli opponere, pennas vo ter aquis immergere, vnde redit pristina illi sanatio, his quoq rediviva nascitur iuventus. Tu igr o spiritalis ho infert accomode S. Epiphanius in Physiol. cap. 7. cum multude peccatorum fueris oppressus in altum ascende, id e in tuam ipsius conscriam, atq te ad petram scil. fidem orthodoxam proice, defle tuorum multudem peccatorum et ppetuis te aquis, id e lachrymis abstergens solis radijs incalesce hoc e, in coetu fidelium et in spu S. ad calorem paenitentiae propera, lippitudines, hoc e, peccata tua abyce, etatim n. renovabitur ut Aquilae Juventus tua, et iustus vocaberis apud Deum. Haec ille.

De Pellicano.

Ut alias aves in S. Scriptura celebres præteream, occurrit et Pellicanus à regio Propheta memoratus: similis factus pellicano solitudinis; de quo elegantiss. S. Epiphanius in sua quam conscripsit Phisiologia; Pellicanus (inquit.) prolis est amans, foemina nido incubat pullos suos custodiens, ipsosque fovet, complectiturque, et nimijs osculis sauciat, perforat itaque illorum latus et illi moriuntur, Post tres vero dies accedit mas et valde angitur, doloreque impulsus proprium latus percutit, ac terebrat rostro, emanatque sanguis, quem super mortuorum pullorum vulnera instillat, qui sic vitæ restituuntur. Quis vero ô Patrum profundissime hic Pellicanus Pater est, quæ tam amans pullorum est Mater, et noverca dum amando perimit? Num nos mortales anima hi pulli sumus quos natura humana Mater nostra nimis demens amore tot osculis quot concupiscentijs sauciat, tartareusque serpens mortifera lingua in Paradisi nido percussit, nidum quippe inter sydera collocavimus? An Christus natura humana sponsus (tunc n. connubium cum illa contraxit, cum eam sibi in thalamo virgineo indissolubili vinculo coniunxit.) hic Pater pellicanus est? qui posteaquam se ipsum sponte oblatus n. est quia ipse voluit, vulneribus confodit, ac sepultura triduo pullos emortuos luxit, eos pristinæ restituit gratiæ, vitæ. Neque n. hæc tam mea, quam supra laudati Patris sacra allusio est, subiungit n. verbis citatis eleganter: sic Dominus noster Jesus Christus cuius latus lancea aperuit, continuoque sanguis et aqua exivit, supra filios mortuos, hoc est Adamum et Evam, cæterosque prophetas, et super omnes mortuos

sanguinem suum fudit, universumq; mundum illumi-
navit, et per triduanam sepulturam ac resurrectionem
suam ad vitam illos reduxit, quapropter per prophe-
tam dixit; similis factus sum pellicano solitudinis.
Neq; minore dignum est admiratione, quod de eadem ave
ab alijs traditur, videl: eam nidificare in scrobe, aucu-
pesq; locorum gnaros, circumlinitum prius stercore, nidum
succendere, ipsam a. fumo prospecto pullis suis ti-
mentem, et de eorum vita sollicitam, posthabito et
proprio periculo, alarum nisu tentare quantum flammas
sopire, verum motu illo incendio crescente, exustis
tandem ipsum capis pellicanum alis. Quae sive vera
sint (quod nonnulli defendunt) sive aliunde conficta
mea nunc parum refert; Illud certum, Christum est Cruce
pendulum pellicanum esse, prolis suae, aiarum rationem
praeditarum amantissimum; sicut n. gallina congre-
gat pullos suos sub alas, ita et alis Crucis bene-
dictae Pellicanus nostri pullos suos obumbrat, sub umbra
alarum tuarum proteges me; Construxit a. proli
suae in scrobe terrae quinq; scil. vulneribus per-
fossae suae carnis, quam SS. PP. terrae frequenter
assimilant, circumlinitum stercore nidum, Quia ipse
tulit peccata mundi. Sed D. Justitia dum ultri-
cibus armis feros sylvestres, peccatores indomitos ve-
natur, incidit in hunc quoq; Pellicani nidum, quem
vinde et passionis ac dolorum flamma succendit.
ut itaq; nobis proli suae succurreret, alis Charitatis
flammas nobis paratas, nisus est sopire, at ipsemet
excussus, venatrici cecidit victoria Justitiae.

De Phœnice.

At quide de Phœnice dicam alite Orienti pecu-
liari et singulariter famoso (ut Tertullianus loquitur
lib. de resurrect.) et posteritate monstroso, qui
semetipsum libenter funerans renovat, natali fine
decedens, atq; succedens iterum phœnix, ubi iam ne-
mo iterum ipse, alius idem. Multis passeribus ante-
stare nos Dnus pronuntiavit, si non et phœnicibus
nihil magnum, Hores go semel interibunt avibus
Arabiæ de sua resurrectione securis. Hæc Tertulli-
quibus nihil addi potest, nec debet.

De reliquo avium grege.

Dum hæc eloquor, integer volucrum diversicolorum
grex remigibus alis allabitur. Sedet inr dumeta loquenti
pxa Luscinia, Alauda et non tam pennis, qui
voce ad Cœlum enititur, Regulus quam corpore
parvus, tam magnus elegantia, vocis pleno gutture
carmen cognatum personat, conclamant solida claraq;
voce Parus curiosus accinit, et Ciconia
recurvo collo proturbat sonos, et cœterarum avium
innumera turba chorum aërium implet, quarum ali-
quas retibus Illus explicatis vectris discursibus irretite
Phli, impensi non pœnitebit labores, Ciconiam
qdm quam Romani piam avem vocant, Co-
mite D. Ambros. facile capietis, Hexam. lib. 5. sed
et Basilius Cornices Ciconiæ Individuos ad ex-
teras regiones Duces ac satellites pari felicitate
illaqueavit Hexam. homil. 5. Et S. Epiphanius
in sua Phisialogia Charadrium.

6

Illg ratiocinio tnqi visco implicatum nobis offert his verbis: Est avis Charadrius dicta, quam Phisiologus ait albam ēe totam, absq ulla prorsus nigredinis nota, Porro si quis morbo laborat, sitq hoc aegroto mortalis, prospectum suum, illico Charadrius ab illo avertit, sin vō morbus vitae securitem promittat, tunc Charadrius in aegrum visum intendit et vicissim aeger in Charadrium: sic Chrus Dnus nr candidus ē totus, absq ulla mundana nigredine, qui a reprobis vultum suum avertit, in sanctorum a. faciem respicit, sic ille feliciter Charadrium capit, et voluntati degustandum proposuit.

Ex hucusq dictis apparet duabus ex caus maximè gloriosum architectum theatrum huius universi tot tantisq alitum instruxisse gregibus, ut scil. tam elegans colorum et vocum et naarum varietas nobis Phlis et commodo sit et oblectamento.

Alia n. aves rapto vivere assueta; solitariae sunt, nec quidquam coē hbnt praeter societatem coniugalem, et has tibi Deus condidit ut tuum ad imperium veloces praedones, minores tibi caperent aves.

Aliae econtra gregales sunt sociam degentes vitam, quarum qdm multae illeges, Democraticam quandam imitantur; Nonnullae verò ducem secutae Monarchicum aemulantur imperium, tuo bono Philosophe. ut his magistris alieno discas servire placito.

Aliae iterum sedes mutant et exteras regiones bruma imminente invisunt, Cum aliae eiusdem semper loci incolae patrium solum ament. neutrum culpa, namq utrumq naa avibus dictavit. Nec etiam cuilibet hominum expedit aut patriae semper discedere terra, aut extera pervagari regna,

illi tñ magis inoocentes sunt, Taceo cæteras alitum differas, mansuescunt hæ, et docilem amicitiam præstant; Indomitæ illæ ac inhumanæ sylvas ambiunt et solitudines, istæ taciturnæ sunt, illæ garrulæ et harum aliquæ inoscines, seu cantus expertes, aliæ oscines ac musicæ vocantur. Vellem te etiam Philosophe inter garrulas censeri aves, oscinemq videri pariter et ēe, quæ nimir. semper in laudes divinas eloquentem solvat linguam, nunquid n. tanti nro Mæcenati impio eximus ingrati silentio, Oscines ille nobis et garrulas condidit aves, ut vitæ tædium sublevarent, et absq solario musicæ aures nras pariter ac nos aiosq nros inimitabili sonorum varietate raperent in admiraem. Unde mihi cygnea carmina, ait D. Ambros. Hexam. lib. 5., quæ etiam sub gravi mortis imminentis terrae delectant? Unde mihi illos nãalis modulos cantilenæ? qbus etiam paludes sonoræ cantus edunt dulcissimi suavitem? Unde mihi vocem Psittaci, dulcedinemq merularum? utinam saltem luscinia canat. hucusque D. Ambros. Cum quo et Ego utinam saltem luscinia de terra, de dumetis laudet Conditorem Quia ipse dixit et facta sunt, ipse mandavit et creata sunt, sed quomo ea quæ sine roe ē Philomela in laudes divinas irroalem exacuit linguam? sua inquit D. Greg. Theolog. magnitudine, pulchritudine, situ, utilitate, ministerio, perseverantia, spectatores suos in admiraem et laudem factoris rapiunt, usi alienâ, quæ ipsi carent lingua in Dei laudes eloquente. oia (verba ipsius sunt) Deum laudant, et inenarrabilibus, aut mutis etiam (ut

ita dicam) vocibus Deum glorificant. Namq; pro his oibus gratia à me aguntur Deo, atq; hoc pacto mea laus, qua Deum ego laudo ppr illa, ipsorum etiam laus efficitur, dum ab illis ego laudandi occasoem accipio. Utinam go Luscinia canat, eiusq; mirificum melos pectus tibi moveat Philosophe, ut quod illa non intelligit vitae Datorem ac Dnum, tu illius voce dignis celebres Encomijs. NB.

Potest pulcherrimus Chorus triplex institui Piscium, Volucrum, bestiarum in laudem Creatoris linguas solventium, atq; unanimiter canentium:

Te Deum Laudamus.

Pisces muta voce, volucres vivâ, bestiae varijs intonent instrumentis, Quod in pictura pulchre exprimi, et declarari, ac ostendi, exhiberiq; posset.

Cogitatio sacra de animantibus terreis generatim.

Benedicite oes bestiae et pecora Dni Dno. Dan. 3.

1. Alia venatio spualis e, in qua venator Chrus cum comitibus fide, spe, et charitate, retia sunt inspiraoes divinae; quae alliciunt propositis pmijs, illa econtra quae terrent suppliciis, tela sunt et arma venatoria.
2. Tot ferae occurrunt venanti Chro quot aiae peccatrices in quatuor orbis plagis, veluti sylvis continentur.
3. Quid n. aliud e homo ira indomitus qi rapto catulo effera tigris? Quid ventri daditus, ac porcinae libidini, quam sus in coeno volutatus? Quid gula distentus ac ebrietate submersus qi vorax lupus? homo cum in honore eet non intellexit, comparatus e iumentis insipientibus, et similis (ci

4. Alia venatio Philosophica ē, in qua venator Ittg, Canes quinq sensq, retia et arma venatoria, tres mentis operaōes; sume arma tua pharetram et arcum, arma id ē vires Ittg tui, pharetram, memoriam phantasmatum thecam ac sedem, et arcum ratiocinoīs, atq discursq, et egredere foras contemplando sylvas, nemora ac montes, sensibq veluti canibq praeeuntibq et explorantibq, sequatq hos Canes venator Esau (Ittg) venaturq ex obvijs aīantibq praecepta vitae et morum, quae caliganti Isaac (volti voletam dicere senio, et tepore spus ac caligine ad radios divinae lucis languenti) in cibum praeparet, quo delibato ~~aga~~ ager Isaac resumat vires, et tenebris ab oculis aīa depulsis, in Creaturis degustet Creatorem.

5. Alia tandem venatio Dialectica ē, quae nihil ad nos hīc pertinentia habet.

Quid de aīalibq dicam exclamat Clemens Papa recogit. lib. 8, Nonne per providiam factum ē, ut cum secreta temporis resolvarentq, per progeniem reparentur, et mira quadam dispensaōe providia nascituro pecori lac praeparatq in uteribq, ac statim ut natum fuerit, nullo docente scit, ubi alimonia sua horrea requirat? gignuntq a. non solum mares, sed et foemina, ut ex utroq rursq constare poīt posteritas. Sed ne ut putant hoīes viderentq hae naā quodam ordine et non dispensatione fieri Conditoris, pauca quaedam ad indicium et documentum providentia sua mutato ordine genq servare iussit in terris, V.G. ut per os conciperet Corus, et per aurem Mustela

generaret, vt aves nonnullæ sicut Gallinæ interdum ova l. vento, l. pluere concepta parerent. Aliaq̃dam ãialia, marem vicibꝫ alternis in fœminam verterent, et sexum per annos singulos commutarent, vt lepores et hyenæ. Alia et ex terra orirentꝫ, atq̃ sumerent inde Carnem vt Talpæ, alia ex cinere, vt Viperæ, Alia ex putrefactis carnibꝫ vt Vespæ q̃dm Equinis, apes a bubalis, alia ex fimo boum vt Scarabæi, Ex herbis alia, vt de Ozymo Scorpius, et rursꝫ herbæ ex ãialibꝫ, vt ex cornu Cervi l. Capreæ, apij et asperagi. At quid opus plura enumerare? in q̃bꝫ D. providia mutato orte eo qui â nãa datꝫ putatꝫ multimodis differijs nativitatem ãialium constare voluit, ex q̃bꝫ non irrationabilis rerum cursꝫ, sed ipsiꝫ dispensatus ratione doceretꝫ. Hæc ille.

De reptilibꝫ in specie.

Alia reptilium ex putri nascunt, vt Cicadæ, vermes, de his opere prætium non ẽ mentionem facere, hoc loco, solas Formicas quarum S. scriptura meminit, præterire non decet, Nam et in formicis (vt S. Greg. Theol. lib 2. testatꝫ) (quæ ſt oium ãiantium in terra degentium infimum genꝫ) adverte, q̃ntum Dei Opificis Maiestas effulgeat. Neq̃ tn̄ hæc solum huic conveniunt animalculo, vt pprietibꝫ suis veluti totidem verbis Conditorem suum depradicet, verum et (vt S. textꝫ innuit) Pædagogi officio fungitꝫ, Quod pluribꝫ Cyrillꝫ Hierosol. ~~edississeit~~ edisserit his verbis: formica laboriosissima ẽ, vt excitet pigrum et Socordem.

Cum n. quis otiatur in Juventute, tunc ab his aiantibus docetur redarguitur a D. Scriptura dicente: Vade ad formicam ô piger, et videns æmulare vias eius, et sis illa sapientior. Videns n. illam in tempore sibi thesaurizantem cibos, imitare et thesauriza tibi ipsi fructus bonorum operum in futura sæcula.

Alia opera Maris et fœminæ sui similibus parentibus generantur; vti sunt.

1. Anguis, horum aliqui solo afflatu, vel etiam intuitu prorsus enecant, accedentes, quales reperiuntur in Monte qui Narsingæ regnum dividit à Malabaris, teste Herodato lib. 3.
2. Vipera, et Aspis, sunt oro eiusdem virtutis.
3. Scytale serpens, ob diversi colores tergoris, natos eos qui intuentur mira afficit voluptate, sed malo ipsorum, dum n. morantur arreptando assequitur prædam.
4. Ceraster quoque quadrigemini cornu ostentatione, aviculos fascinat, et interimit.
5. Amphisbæna caput geminum præfert, alterum quidem Caudæ locum habet.
6. Jaculi, arbores conscendunt, atque inde præcipites animal quodcunque perforant.
7. Dipsas, quemcunque mordet, siti interficit.
8. Hypnale somno interficit lætum.
9. Hemorhois, morsu orificia venarum ita dissolvit, ut nulla coniungi point arte, quare evacuato fluxu sanguine continuo, moriendum est saucio.
10. Præster, quem vulnerat veneno inflat, usque dum rumpatur, corpus extuberatum.

11. Ammodites, magnitudine cubitali, Cauda prædura, et superne discussa, persimilis ē vipe, ræ, nisi quod colore sit arenosa, maculis nigris distincto, vipera a. sit flavo.

12. Chersydrus, tam in aquis, quam in terra moratur, non multum dissimilis Chelidro, funum emittit, quā serpit. teste lucan. lib. 9.

13. Hydra, pulcherrimum anguium genus ē, quod in aqua vivit, ut auctor ē plinius lib. 29 cap. 4. Quo de Hydra Lernæa Poetæ memorant, non excedit auctorum suorum veritem.

14 Basiliscus, Salamandra, Lacertus, Chamælion, Stellio, Tarantula (i).

Partim nota sunt, partim in libris sunt obvia, Illud tn̄ de Tarantula ē curiose observatum, eius venenum vim dr̄sos, in dr̄sis hoībus effectus cāare, alij n. somno obruunt, alij risu diffluunt, alij moerore, constringuntur, multi currunt, et saltando fatigantur,, Nonnulli contrario languescunt dolore, Haud aliter quam pro dr̄sitate temperamenti Ebrietas varios hbt effus; rident sanguinolenti, blaterant, saltitant, irascuntur, et verberant Cholerici, dormium Phlegmatici, moerent quos atra obsidet bilis, Ita cum proportione quadam de veneno huius āialculi discurrendum ē.

Coeterum hoc loco, si āialium horum consideraāe in artificis bonitem assurgemus? Quid bonitati cum veneno? Quid sapiā cum supfluis? certē tot serpentium speēs si noxiæ non forent, supfluæ eēnt,

vel gō in illis nullus elucet D. Bonitis radius, l. Conditoris sapiā obscuratur. Absit. Nunquam magis facundi sunt SS. PP. quam dum pro sapia ac bonitate D. in praesenti maē decertant. D. Basil. ut taceam alios homil. 9. atq nemo Creatorem inquit eam ob cāam incusare velit, quod aīalia venenata exitio vita, necq parata induxerit, vel adeo quispiam et Institutorem, Educatoremq puerorum accuset in ordem redigentem Juventutis genium, ad improbitatem, ad libidinem luxuriamq propensum plagis verberibusq castigando, ac coercendo, Nihil a. ē elegantius Doctrina S. Thomae de hac re part. 1. quaest. 72. quam ex S. August. desumpsit; Quod si inquit in alicuius Opificis officinam imperitus introiverit quispiam, videt ibi multa instrumenta quorum cāas ignorat, et si multum ē insipiens superflua putat, Jam vō, si in fornacem intus ceciderit, aut ferramento aliquo acuto se vulneraverit, noxia existimat ibi ēe multa, quorum usum qā novit Artifex, insipientiam eius irridet, sic in hoc mundo quidam audent multa reprehendere, quorum cāas non vident, Multa n. etsi domui nrae non sint necnia, in eis tn̄ repletur universitatis integritas. Haec illa. Quid autem hac comparatione elegantius?

De Quadrupedibus, non Cornigeris.

Quaedam memorare de his utilissimum erit ad Conditoris sapiam. iuxta illud D. Augustini de Genes. contra Manich. lib. 1. cap. 16. In omnibus,

cum mensuras et numerum et ordinem vides, arti-
ficem quaere, nec alium invenies, nisi ubi est summa
mensura, et summus ordo est, id est Deum, de quo ve-
rissime dictum est. Quod omnia in mensura et ponde-
re et numero disposuit.

Carnivora sunt 1. Lynx, et Lycaon,
quod animal tot modis est varium, ut ei nullum abesse co-
lorem dicant.

2. Hyaena, quoque fera est lupi fratri, sed mole cor-
poris maior, in specubus stabulari dicitur, eius umbra con-
tactu fascinantur et obmutescunt Canes, quos alio
quoque modo dum vomitionem horum mentitur allicit
incautos, dilaceratque, insidiatur etiam corporibus sepul-
tis, quae inde eruit, capitur a cantu et tympana-
rum pulsu, quo delinita incurrit venatorum la-
queos, Caeterum quod nomina Pastorum observet
et addiscat, ac viva voce imitetur, eaque re incautos
pastores evocat foras, evocatos invadat, fabu-
lam ex parte olet.

3. Canis, Mustela, Vulpes, Felis, quae omnia
patria sunt et nota, refert tamen Perrerius noster
in lib. 2. in Genes. in provincia Malabes, volantes
reperiri feles, et quidem sine alis hoc modo, membra-
na ab anterioribus pedibus ad posteriores usque pro-
ducta tenditur, quam dum quiescunt, ad alvum con-
trahunt, ubi volare instituunt pedum, crurumque agi-
tatione, protenta, collectaque membrana, tum su-
stinentur, tum feruntur, mirabilisque est earum, tanquam
per aerem currentium species, quae si vera sunt,
non potest dubitari, specie diversas has esse a
nostratibus felibus.

4 Leocrocuta, mole corporis Asino par, per-
nicitate nulli tigridum inferior, capite cervino, collo,
pectore, cauda Leonis, ex Hyæna, et Leæna
concepta, mira arte voces humanas æmulatur.

5. Rasomacha, ab incredibili velocitate sic
dicta, nam reperto cadavere tamdiu vorat, donec tym-
pani instar infletur, inventisque angustijs arborum,
se stringit, ut violentius egerat, (sunt verba
Olandi Magni lib. 18. histor.) quod 2do, et 3tio
repetit, donec eo consumpto aliud solicita inqui-
rat venatione, Mole corporis magnum æquat Ca-
nem, aures et facies catum referunt, pedes et
ungulæ asperrimæ, corpus vilosum, et prolixorum
capillorum, colore subfusco, at caudâ vulpinâ,
licet breviore, unde optima conficiuntur hyema-
lia capitis tegumenta.

6. Struthiocamelus, quam in nrâ Germa-
nia, non ita pridem vidimus, aliunde advectum,
et altitudine colli, caput equitis insidentis
Equo superantem, miræ celeritatis, in quam etiam
rem ei naturæ pennas suppeditavit, quibus tamen ob cor-
poris molem à terra elevari non potest, animal est
alioquin stupidum, quod est tanta corporea mas-
sa, et capitis parvitate facile colligi potest,
adeo ut cum sola colla frutice occultârit,
latere se credat, ova eius ingenitia sunt, et
calicum loco serviunt, pennæ vero singulari
elegantia, conos bellicos, et galeas adornant.

7. **Melis**, ita dictum aral quod sit mellis avi-
dissimum, in metu ab hoibus l. canibus agitatum
sufflatum cutis distentu eorum ictus arcet.

8. **Sciurus**, tempestatem praevidet, obturatisq
qua spiraturus e ventus cavernis, ex alia pte
aperit fores.

9. **Marmota**, describitur a Scaligero melis mag-
nitudine, pilo et cauda, habens crura brevia,
aures brevissimas, ungues longos acutos, firmos,
uncos, robustos nigros, diuturnitate somni, cum gli-
ribus conveniens, nam hybernos pene totos men-
ses transigit sopore,

Habetis Philosophi sat amplum bestiarum
indicum, in quas pharetram ipsius vestri exoneretis
mihi qdm nunc ex oibus unica, (ne longior sim)

Tigris placet in quam ratiocinij telam emittam.
Est go Tigris perquam efferum et velox aial,
praesertim dum venator Medus catulos recens abstu-
lit, tunc n. doloris impatiens, aufugientis vestigia
relegit, in mille discerptura partes, si assequatur.
Et actum e cum Praedatore nisi speculum, quod
data opera proycere solet in via, obvia tigridi
tantisper moram inyciat, donec ille in tutiora re-
ceptus, ludentem securus rideat cum speculo ferum,
in quo dum sui imaginem prospicit, rata prolem,
cum ludit, luditur falsa sub imagine vitri, sic pie-
tatis suae studio decepta, et vindictam amittit,
et prolem.

Haec tigridis naa D. Justiae symbolum e, nil

ista securius nisi poenitentia, imagine delinita, vindici modum irae ponat, excandescit n. insolita ferocia quando venator peccatrix aia partum suum dona, et gratias sanguine salvatoris nobis partas in cruce offert, et abijs e Coelo in mundum profugus, tunc n. illo Equo vectum fugaci ac indomito, carne videl. repugnante, ac recalcitrante, celeri passu insequitur, dum acerbam tribulaem a Deo avulso et profugo immittit, Non effugies miser venator ~~cursum~~ unquam insequentis, nisi Justitiae cursum proiecto speculo retardes, in quo ad imaginem sui attonita haereat Justitia Chri inquam, Cruci affixae imaginem Justitiae D., partum, abyce irruenti sistet illa gradum, irasq ponet, ad aspectum tam Chari capitis, interim tu poenitentiae semita si sapis elabere tuta.

Coeterum haec non tam dicta sunt de varietate aialium quam indicata, cui plura placent, accedat citatos Pererium, Salinum, Scaligerum, Artem, Plinium, Aelianum, et alios.

Interim non satis e, quod Philosophi profani faciunt aiantium naas solerter indagare, si solos oculos aia, Illum, et non eiusd. quoq gustum, voltem scil. capta satiemq praedi, Quare SS. PP. Exemplo documenta vitae depromenda sunt, ut venatio nra non tam curiosa sit, quam utilis et oia proficua, Quam in rem praeclare more suo D. Basilius Hexam. lib. 9. si transigamq oraee inquit, quanta rois expertibq insit, sine doctrina qdm naalis vitae suae diligentia, atq cura, aut ad nri custodiam corporis, aiarumq nostrarum providendam salutem impellemur, et

concitabimur, aut magis, magisq̃ carpemur, aut condemnabimur, si ita fuerimus affecti, ut neq̃ ai-alia imitari rōis expertia valeamus. his ab illo dictis subscribit D. Ambros. Hexam. lib. 6. Leo aegra simiam quaerit, ut devoret quo post sanari Leopardus caprea agrestis sanguinem bibit, et vim languoris evitat, ōr fera, aegra Canis hau-sto curatur sanguine, ursus aegra formicas devo-rat, Cervus olea ramusculos mandit, Ergo fera norunt expetere, ea quae sibi prosunt, tu ignoras ô homo tua remedia. Ita D. Ambros. Verum venatio Illualis aiantium non eo ē fine duntaxat instituta, ut his Magistris doceamur virtutem, et vitia dedoceamur, sed quod longè honestissimum ē, ut in delineatas gloriosi Opi-ficis perfectiones aestimemus, misericordiam, quae ē super oīa opera eius, debito extollamus laudum praeconio, et Justiam submisso poplite veneremur, Qua de re Tertullianus adversus Marionem lib. 1. cap. 14. ad humilia deficiam, (inquit) unus opinor de sepibus flosculus, non de pratis dico, una cuiuslibet maris Canchula, non dico de rubro, una tetraonis pennula, taceo de pavone, sordidum artificem tibi pronuntiabit Creatorem, et paulò post imitare si potes apis aedificia, formica stabula# sustine si potes illas ipsas lectuli tui et tegetis bestias, culicis et tubam et lanceam, qualia erunt maiora cum tam modicis iuvaris aut laederis, ut nec in modicis despicias Creatorem.

aranea retia, stamnia bombycis, sustine

Cogitatio sacra de Vivente Rationali, seu Homine.

1. Homo Microcosmus est, cuius Coelum aera in qua sol ratio, luna voluntas, eiusdem actus reliqua sydera errantia quidem qui a semita recta rationis devij Circulo Decalogi aut cum impudica venere, aut Marte iracundo, aut furaci Mercurio &c exerrant fixi. #

2. Microcosmi mundus sublunaris corpus est, in quo caro terra, aqua sanguis, spus vitales aer, bilis Ignis, Cor aurum, Cerebrum argentum, sensus gemmae meteora passiones, fulmina irae pluvia, tristiae et sic de alijs. # aut sunt illi actus, qui firmamento inconcussae solidaeque fidei nixi, rectum servant, inperturbatumque ordinem.

3. Microcosmus renovatus est in Christo, Crucifixo, cuius latus vulneratum nova Mater, sanguis novum lac, Caro novus cibus, Evangelium nova Nutrix, sol novus Justiae ac misericordiae, luna nova Deipara, nova stella Beati, Novus aer aura spus sancti, Lux nova D. Graae novae, terra Cor novum: Ecce nova facio omnia.

Proaemium.

Reges terrae, et oes populi Juvenes et Virgines, senes cum Junioribus laudent noen Dni. psal. 148.
Benedicite filij hominum Domino. Danielis 3.

Prodit tandem in theatrum aera roalis, corpore ex quatuor elementis composito, tanquam sublimis invecta curru, Quem quatuor passiones,

amor, ira, spes, tristitia, trahunt volte
aurigante, præcedit rão cum face, vt cæca præluceat
volti, ipsi dñg sensus externi, internorum et Illg pro
dromi agmen ducunt, hic cervo, ille vrso, cane alig
superinvectg. Hac igr pompa rõalis ãra porta æter
nitatis excubante præforibg morte propinquat, vt Deo
glorioso, quem in huig vitæ exilio in creaturis veluti in
speculo cognovit, sine ænigmate in Patria comprehendat.
Solus n. hõ ē inquit Lactantius lib. de ira Dei cap. 14.
qui sentiens capaxq rõis, Illigere poit Deum, qui opera
eig admirari, virtutem potestatemq prospicere; Idcirco
n. Concilio, mente prudentia instructg ē, Ideo solus
præter cæteras ãiantes rectus corpore et statu ē factg
vt ad contemplationem parentis sui excitatus ēe videat,
Ideo sermonem accipit solus, ac linguam cogitationum
Interpretem, vt enarrare maiestatem Dñi sui poet,
postremo ei cuncta subiecta sunt, vt factoriatque
artifici Deo cēt ipse subiectus. Hæc ille.

Tres hoium sortes: Vegetativorum, sen
sitivorum, et rationalium. At quod
dolendum, et nullis lachrymis sat deplo
rari pot, non oēs ãra Christiana vitam
vivunt rationalem.

Hoies vt arbores.

Quæ n. alia sit illorum Christianorum ãra, qui
inepti ad opera suæ salutis aliud non agunt in huius
vitæ scæna, quam vt se infarciant avaritia, comesti
onibg, et compotationibg nutriant, augmentent, am
bitione, luxuria propagent, Plantarum hæc vita ē,
(vnde bñ de his Plato) homo ē arbor (ait)

inversa; non horum, utpote quæ tribus aīæ vegetivæ potentijs, generativæ, nutritivæ, et augmentativæ correspondet. Præter has vō dantur aliæ quatuor ꝛdariæ famulantes ē Medicis dictæ, Quod sn̄ ijs aīa neq̄ nutriat, neq̄ augeat, neq̄ generet; sunt a-hæ: Attractiva, retentiva, Concoctiva, Expulsiva, Et illarū quas paulò ante nominavimus horum pōa retentrix, singularis virtus ē, eò n. res paulatim delabitur, ut quæ aīæ rōalis sunt vitia, huic aīarum generi videantur virtutes, singularis inquam harum virtus ē pōa retentrix, cuius fibræ sunt durities in gregem pauperum, et negatio restitutionis bonorum alienorum, Cui proximè accedit virtus expulsiva Quia Divinam aīo grām eijciunt, expellunt, excludunt: Subsequitur virtus Concoctrix, Inde tantus luxus epularum, vestium pompa, familiæ numerus, neq̄ tn̄ ullus illis sensus actualis inē, malæ suæ vitæ, morumq̄ pessimorum, stant in huius Mundi theatro, veluti trunci, et crescunt veluti fungi, et vivunt arborum instar: Video homines sicut arbores.

Homines ut bestiæ.

Alterum genus aīarum non ultra sensus dum assurgit vitam vivit sensivam bestiarum, hæc iterum vita ē non horum, sentiunt qdm flagella Divinæ Justiæ, perhorrescunt apprehensæ fulmen tremendi Judicis, palpant mortis instantem oībus horam, ipsum infernum subordinatum suis flagitijs subodorantur, audiunt tonitrua Coeli fulminantis, et suismet vident oculis, vitiorum quæ perpetrant in alieno corpore supplicia, nec tn̄ fiunt meliores, sed tnq̄ rōis incapaces

inepti ad coelestium bonorum amorem, brutas sequuntur suas passiones, quarum aliquae foveas sibi veluti talpae infra terram, argentum inter et aurum, terrae foeces excavant avaritia excaecatae, nonnullae piscium more pelago voluptatum, ac illecebrarum merguntur, multae ut aves superbiae alis elatae, aërem sequuntur et inanem honorum umbras, et auras, aliae demum tanquam ferae sylvestres vitam eligunt nulli legum subiectam.

Homines Rationales.

Tertium animarum genus est Anima de qua agimus rationalis, oculis fidei instructa Divinae, et spe coelestis Patriae, ac finis ultimi amore ad Coelum erecta, Planta verè et arbor rationalis, cui pro radice cerebrum cum capillis, corpus reliquum truncus, brachia et pedes rami, pro solo Coelum, ut intelligeret homo, ait D. Basilius Hexam. lib. 9. quantum figura, fornaque corporis coeteris animantibus antecelleret, tantum et dignitate animae praestare, caput illis ad humum est pronum, ad ventrem spectat, voluptatem ventris omnibus modis prosequitur, caput tuum ad ipsum Coelum exurgit, oculi tui res supernas conspiciunt, Et (addit) alia te cura decet, supernas res in quam explorare, ac quaerere ubi Christus est, in republica coelesti versare, vera tibi patria est superna illa Hierusalem, Concives atque contribules ipsi primogeniti, qui sunt conscripti in Coelo. Haec ille. Ibi Pater misericordiarum, Ibi Deipara Mater, Ibi sponsus Dilectus animae, Concives Angeli, fratres electi omnes, Ibi thesaurus noster indeficiens, Ibi haereditas nostra in aeternum.

Homo Microcosmus.

Coeterum non ē instituti mei, hæc pluribꝰ prosequi, id n. nunc agendum potiꝰ ē, ut quemadm aliis in Physica obtis, Eum Auctorem rerum et creaturarum oīum spectavimꝰ, ita quoq̄ eund. in aīa rationali intueamur, hoc n. ut agamꝰ, Clemens Papa recog. lib. 8. his admonet verbis; sed veniamꝰ adhuc si videtꝫ, eū ad nrām, id ē ad hoīs substiam, qui ē parvus in alio mundꝰ, et consideremꝰ quanta sit rōe compositꝰ, et ex hoc præcipuè sapiām Conditoris intelliges.

Consonat Cyrillꝰ Hierosol. cathec. ii. Itra autem deinceps in te ipsum, et ex tua substantia, cognosce artificem, Quid improbandum, in corpore tuo creatum ē? apprehende te ipsum, et nihil vile ex membris tuis reperies,. Utriq̄ allatorum Patrum subscribit Gregoriꝰ Nazian. loco superiꝰ citato, posteaquam n. per interrogaōes elegantissimas ab enumeraōe partium opificem hoīs inquirit; Unde quaso primæva hoīs plasmatio? unde corporis tam venusta forma? Unde membrorum tam concinna dispositio? et addit,

Non hæc certè sunt naturæ ignaræ
vires et effectꝰ, sed opificis
Dei sapientissimi.
Hæc ille.

Homo ē Organum aiatum.

Organum inquam ad munia sua in rōis æcono-
mica harmonia bene laudabiliterq̄ subeunda, spi-
raculo vitæ à Deo inspiratum, cui pro vitali fla-
mine agente intq̄ Organædo aīo, tres vitæ
gradus, vegetivæ, sensivæ, et rōalis velut
totidem epistomia ad trivarium vitæ thonum
agendum coiantz, Cuius canales per quos deve-
hitz spus ad opus interiq̄ excitandum sunt quinq̄
sensus, intq̄ facilè Organædq̄ turbabitz, quippe
nihil ē in Illu, quod non fuerit prius in sensu.

Fistulæ Organicæ sunt formæ partiales.

Fistulæ organicæ vō ordinatæ classes nobis st
frā partiales, et perinde vt illæ ad varios sonos
sic istæ ad varias animastica functiones organædo
subserviunt. Deinde Quid tot ligamenta, tot ner-
vi tot musuli per totum corpus organicum dispersi
dliud sunt, quam tot illæ tendiculæ quas Orga-
nopæi Vncinatas vocant, tot filorum Mæan-
dris suspensæ, ligatæ et implicitæ? Quid ibi
tot spiracula, quam hic tot arteriæ et venæ?
Quid ibi tot Epitomiorum manubria, quam hic tot
pluresq̄ pōæ vitales? illa manu pulsantis ad suavis-
simam symphoniam aiantz, hæ ab animastico Organædo
intq̄ applicatæ, harmonica proportaē prosiliunt ad
actq̄ destinatos sibi.

Notæ Musicæ, spēes intentionales.

Sedet ille (aīum puta) in Cordis subsellio, cui Cerebrum pro pulpito, memoria pro libro, phantasia pro Indice famulantur. At vō ubi habemus notas musicas?, illæ sunt spēes intentionales, subinde candidæ, subinde nigræ, subinde uncinatæ, subinde crucibus insignes, candidæ si bonæ, nigræ si malæ, uncinatæ si confusæ, cruciferæ si falsæ l. erroneæ fuerint, unde bonus organædus sæpe ad fugam, sæpe ad suspiria excitetur, sæpius ad cantum mollem, sæpius ad durum deflectat vocem necēe ē, Deinde ut longiores pausæ in organis non placent, sic otia organædo nrō arridere in organo suo non dbnt, etc.

Otia si tollas, periēre Cupidinis arcus.

Pausas oportet ēe moderatas, ne à canone symphoniaco deficiat organum.

Cantores Quatuor humores.

Quia vō sn̄ humore Musici frigent, raucentq̄, hinc alma physis in hōre quatuor humores ita contemperat, ut in cantu sangineus, biliosus in alto, Melancholicus in tenore, Phlegmaticus in Basso concinant, concertentq̄; si autem concertando sanguineus vincat, erit concentus hilarior; si biliosus erit ferventior; si Melancholicus, erit gravior, si phlegmaticus erit somnolentior, Etenim ex hisce notis humorum harmonia dignoscitur.

Archiphonascæ voluntatis sedes Cor.

In corde concessi Organædo subsellium, si dubites experire præsentiam, qui micante arteriarum motu se satis prodit, adeo ut Medici quadrante unius horulæ in Calidioribus, pulsus huiusmodi numerent 1000, computo per diem unum ad 96000. ascensuro, O Ego mi Deus trivnum Numen toties tibi seraphicum Trisagion Sanctus Sctus Sctus cum Chori Angelici phonascis indeficiente exultatione concinam! Quoties hoc cor meum motu perpetuo per arterias, venasque micat, mutitatque! sic volo, sic paciscor tecum mi Deus, pacto nunquam revocando, usque ad ultimum spiritus mei suspirium! O utinam!. Juxta in corde considet harmonia, operorum moderatrix voluntas, quæ tam rationis quam æthicæ principijs probè imbuta, pleuritides seu laterales regulas à quarum regimine variè fictularum, hoc facultatum, actuumque humanorum melodia pendet, suo imperio gubernat, ac movet, quin movetur ipsa et à bono velut Amasio suo fascinata, hinc illi in corde lætitiæ saltus, hinc illi iræ conflictus, hinc consoni illi affectus, hinc dissonæ illæ passiones, si harmonia à nimio humore aliundeve disturbetur ☉.

Ad pedes (pedale vocant) iacet appetitus irascibilis et irritatus, nescio quid raucum contra hostem malitiam admurmurat, quasi totum absorpturus aerem, donec malum hostem suum raucedine vocis difflet in fugam, tum fugato hoste appetitus concupiscibilis suavioris modulamine ad se revocatus fruitur bono suo amato.

Protophonascus, Illectus humanus.

Enimvero Musica errori est obnoxia errori, nisi adsit Praefectus qui illam mensura moderetur. et is est Illus humanus, totus lux, totus oculus, in id unum intentus, ut bene apprehendat bene iudicet bene libret, bene conferat, bene inferat, bene illustret, tabulam musicis notis hoc est conceptibus mentalibus insignem, et illustratam proponat voluntati reginae suae, ne chorus totus a vero aberret, aut nimium ascendendo, aut nimis descendendo, ut ita concentus gratissimus tam physico, quam aetico auditui conciliet.

Pro Organaeum os vocale est &c.

Muta tamen erit haec musica et insuavis societati humanae, nisi aliis quoque intus nostrum ~~organum~~ conceptuum melos vocaliter pandamus. Hinc optimus naturam naturans auctor nobis prospexit de alio organo, (Organaeum dixeris) quod instar resonantis Echus est interpres interioris musicae, et ita hunc in finem archiorganaedo nostro pro follibus subserviunt pulmones, quos folli tollonis instar pectus comprimit, dilatatque, ut ceddant aërem quem hauserit, arteria aspera ductus est, per quem spiritus pro vocis modulamine influit, effluitque, pro fistulis eburneis, quae organedi manu in varios sonos animantur, provida natura in ore statuit dentes, qui ad formandam fingendamque, et articulandam vocem vim magnam conferunt.

Organædus animus humanus.

Tum Organædus aīus se ipsum velut in propatulum daturus organicè modulari incipit, quando utens pro manu lingua, spum è gutture fusum et ad dentes velut ad fistulas modulatrices allisum, moderando ipsi decantat, et quasi decantando moderatur, illud unde mirificum orationis modulamen editur, tot flexionibus chromaticis variatum, et sonis iam tremulo, iam medio, iam alto, iam gravi distinctum, aut vocibus ipsi articulis intercisum, huic organo si placet cum ingenioso Poeta subscribas licet, Non oīa possumus oēs. Ego Christianus subnotabo: Te Deum Laudamus.

Characteres Organædi spualis

Ut verò spiritualis organædi nostri characteriсas prærogativas melius intelligas, placet thesium characteres sequentes adscribere.

Theses.

Animus seu aīa (ē n. sexus expers) rōalis viva Dei imago. 1a. forma substīalis constitutiva hoīs. 2da: bene definitur: actus corporis organici pōa vitam rōalem hbntis. 3tia: vere informans, non assistens. 4ta: à solo Deo infundendo creatur, et creando infunditur. 5ta: est spualis vegetativa, simul et sensitiva. 6ta: Totum corpus organicum incolit, tota in toto, et tota in

partibus singulis. 7tima: Indivisibilis in partes. 8va. Etiam Integrales. 9na: Est immortalis non catholice tm, (ut quidam Scotista loquitur) sed etiam philosophice. 10ma. Separata non est in statu violento. 11ma. Estque semipersona. 12ma. Sunt oes eiusd. speci. 13tio. Neque probabiliter individuali perfectione discrepant. 14to. Licebit tn cum bona phlia venia Excellentissimae Creatae Triadis: Jesu, Mariae, Joseph Animas oi exceptione maiores excipere, Quoniam haec exceptio decet, neque repugnat.

Conclusio totius Scientiae.

Quis igr non in laudes gloriosi Creatoris ac redemptoris Mundi magni ac parvi facundam exsolvat linguam? avicula ut redivivum solis iubar, fugatis tenebris aspiciunt ingenti perfusae laetitia spiritum suum fere oem, vocemque in gratiarum actiones effundunt, Nos vo Philosophi redivivo solae Justiae post triduanas in sepulchro tenebras, ingrato silentio beneficium nostrum involvemus? applaudit Canis blando gemitu Dno, a quo perduris pascitur ossibus, et ciborum tantum reliquijs, tibi o Philosophe Divina bonitas totum hunc quam late patet terrarum orbem praeclarum theatrum aedificavit, tibi solem facem diei; lunam et stellas noctis lampades alto in aethere suspendit, tibi terram universi

pavimentum, tot gemmis stravit, quot floribus;
tibi montes erexit, valles deiecit, campos aequavit,
et prata, tuo pisces et aves, iumenta et feras,
obsequentes famulas ancillari iussit imperio.
Age igr singulis diebus horis et paene momentis iu-
giter attolle mentem, erige oculos, erige supplices
ad sydera palmas, grãas rependo, ac debitas glorioso
Datori persolve grãarum laudes, fornax accensa
in qua tres Pueri inr flammas Deum benedixere
mundus e, in quo tot scintillae, quot creaae ad aman-
dum Creatorem suum Cor tuum accendunt, Quid
n aliud nobis loquunr facundo silentio solares
adij, Iridis pulchritudo, auri fulgor, gemmarum
decor, florum varietas, syderum ordo, fluminum
motus, terrae fertilitas, temporum vicissitudines,
Quid inquam acclamant nobis, quam, ut, quod
ipsae nequeunt rois incapaces, tu Illu pditus
et voluntate, in ijs et per ipsas oium Conditoris
immensam poam, gloriosam sapiam et ineffabilem
cognoscas bonitem, vocem non hbnt (inquit S.
Chrysost. homil. i. ad popul. antioch.) os non hbnt,
ipsis non e lingua, quomo igr narrant? per ipsum
aspectum, cum n videris pulchritudinem, magnitu-
dinem, celsitudinem, situm formam, per tantum
temporis spatium permanere, tanqi vocem audiens,
et ad aspectum discens adoras eum, qui tam pulc-
hrum et admirabile corpus creavit. haec ille

Quare ut cum D. Francisco linguam in
laudes Architecti exsolvam; sis laudatus

Dne mi, et Deus meus in oi opere manuum tuarum, atq in particulari; Per fratrem nrum Solem, splendidissimum Ductorem, et Moderatorem cunctorum syderum, mundi oculum, temporis censorem, tempestatum arbitrum, rerum oium vitam, vestigium tuae sapientiae, Bonitatis infinitae imaginem.

Laudent te creator mi, soror mea Luna sublunarium parens, stellarum regina, sororq solis ac sponsa, et Deiparae praeclarissimus typus.

Laudent te pariter caeteri fratres mei et sorores stellae perillustres coeli gemmae, terrae faces nocturniq soles.

Exaltet te mi redemptor ventus et aër cum filijs suis vaporibus et filiabus nubibus.

Benedicat te mi Deus soror mea aqua, Dne mi lauderis a fratre meo Igne, quam laudabilis es o magne rerum Conditor, in Matre nra Terra, quam gloriosus es in servis nris piscibus et volucribus et bestijs terrae, Quam magnificus in familia nra universa, creaturis oibus, et amplissoe huius Mundi theatro. Tibi creaae oes accinunt Te Deum oes laudant in saecula: Amen.

B.

Vnum moneo, haec quae dicta sunt, ee tm initia allegoriarum, Tu si ingenuus es, ex quolibet obvio in his tribus scientijs, totum habes campum ludendi, nihil n. dicam de maa coeli, de corpore naturali &c.

Variæ Phlorum Sententiæ de Homine.

Sententia Persij; O curas hominum! o quantum est inane in rebus; id est homo.

Aristotelis; rogatus is quid esset sic eum definivisse fert: homo est vanitatis Exemplum, temporis spolium, fortunæ ludus; inconstantiæ imago, invidiæ et Calamitatis trutina, reliquum vero pituita et bilis.

Alius; homo est Mancipium Mortis, viator transiens.

Sophoclis in Aiace; video ait nos nihil esse nisi simulachra, quotquot vivimus, aut tenuem umbram.

Theognis; Delectare ait anime mi, mox alij erunt viri; Ego vero terra nigra ero.

Pindari; umbræ somnium est homo.

Phlus quidam rogatus quid esset Mundus? respondit: Mundus est scrinium dolorum, schola vanitatis, forum Impostorum.

Zeno Imperator audita suorum Clade fugiens ait; Ludibrium Dei est homo

Plinius scribit Appellem pinxisse Alexandrum Magnum, tenentem fulgur manu, quasi Imperio penetrantem ab ortu ad occasum. Quia instar ful-

guris illicò ubiq̃ victor in triumphis gloriosus apparuit; et mox veneno et morte victus, velut inglorius disparuit: vnde Juvenalis de eius sepulchro:

Vnus Pellaeo Juveni non sufficit orbis
Sarcophago contentus erit: Mors sola fatetur,
Quantula sint hominum Corpuscula.

Trismegisti; Exue vestem (corpus) corruptionis, vinculum, vivam mortem, sensitivum Cadaver, sepulchrum circumvertibile, velamen opacum.

Seneca Consolat. ad Martiam cap. ii. Quid ē hō? imbecillimum corpus, et fragile, suapte naā inerme, alienae opis indigens, et ad oēm fortunae contumeliam proiectum.

Idem in Proverb. homo vitae cōmodatus, non donatus ē.

Idem lib. i. Naāl. Quaest: Hoc ē punctum (ait) quod inr tot gentes ferro et igne dividit: ô q̃ ridiculi sunt mortalium termini! imò quam ridiculi sunt mortalium puncto inhiantium animi.

Et Mox: Cum te in illa ferè magna sustuleris, quoties videbis exercitus subrectis ire vexillis, et quasi magnum aliquid agat, Equitem modo altiora explorantem, modo â lateribus affusum, libebit dicere, it nigrum Campis agmen, formicarum iste discursus ē in angusto laborantium. quid illis et nobis interest, nisi exigui mensura Corpusculi! punctum ē illud in quo navigatis, in quo aratis in quo bellatis, in quo

regna disponitis, minima et utrimq cum illis oceanus occurrit. Sursum ingentia spatia sunt in quorum possessionem animus admittitur, at ita si minimum secum ex corpore tulit, si sordidum oē detersit, et expeditus, levisq, ac contentus modico emicuit. Et post nonnulla: Illic incipit Deum nosse; Quid ē Deq? Mens universi; Quid ē Deq? quod vides totum, et quod non vides totum. Sic demum magnitudo sua illi redditur, qua nihil maius excogitari pot. Si solus ē, oīa opus suum, et extra, et intra tenet. Hoc illi Phli gentiles Platonicè.

Hanc quoq hoīs nihilcitatem vanitatem vrsi considerans, generosoq pede hac oīa proterens et transcendens, Elegantèr iuxta morem suum exclamat: Vanitas vanitatum dixit Ecclesiastes, et oīa vanitas quæ sub sole fiunt: Amas aurum et argentum (inquit) scis quid amas? amas terram rubram et albam; Amas purpuram byssum et Margaritas; scis quid ames? amas ~~cadavera porcorum~~ excrementa piscium, Concharum, et vermium; Amas lautas mensas, opipara convivia; quid ames scis? amas cadavera porcorum vitulorum, anserum, perdicum &c. Amas puellam; scis quid ames? Amas putidum scortum, vel succum stercorum. &c.

Democritus quotiens domo egrediens in publicum prodibat semp ridebat: Heraclitus vō semp flebat; rogati cur? responderunt se ridere et flere vanitatem Mundi, vanasq hoīum

occupationes, curas et studia; alteri n. oia quae agimus miseria, alteri ineptiae videbantur.

Et sicut Rex Xerxes e sublimi specula contemplans suum exercitum, qui continebat ad decies, septies centena millia hoium, illachrymans dixit: Post centum annos nemo ex his oibus in vita superstes erit: Sic quoque Salomon ex alto felicitatis suae, aut potius Sapia solio, despiciens mundum hunc sublunarem, et oia quae in eo sunt; videnscque vanitatem eorum exclamat; et toti Mundo, imo saeculis oibus inclamat: Vanitas vanitatum et oia vanitas! O miseri vanique Mortales, ut quid vanis inhiatis et intabescitis, ut quid vanis incubando, cum vanitate evanescitis? Nonne vides o homo, nonne sentis, nonne manu tangis res oes ee vanas fugaces, nugaces, fallaces? Quaenam go dementia illas tanto amore prosequi, illis toto affectu inhaerere, illis inniti? cum nihil sit in eis solidum, nihil magnum, nihil durabile, quod hoiem beare, aut immensam eius capacitatem, et desiderium exsatiare valeat? Esto n. res oes bona et conter vera a Deo bono et vero creata sint, tn in se et ex se non bona nec vera, sed mala et vana sunt, Quia ex se nihil, ideoque in nihilum proclives: a Deo go hbnt quod bona, quod vera sint, qa oe suum ee, oem effiam, et existiam a Deo acceperunt; sed hac rursum multa vanite permista sunt: Quia ipsa a Deo hauserunt ee participatum, iminutum, limitatum, modicum, et remota,

præsertim quæ sublunares et terrestres sunt.
hinc illud habent assiduum, motui agitationi, al-
terationi, defectui, miseriæ, interitui obnoxium;
ideoq; vanum et q̃si umbraticum, aut nullum præ
Deo, qui ē plena et oīmoda entitas, veritas
stabilitas, beatitudo et perfectio, ac præ Dei
cultu, felicitate, et rebus æternis, quæ Dei
veritatem et felicitatem participant. Quo-
circa hæc sapientissimi Salomonis propositio:
Vanitas vanitatum, et oīa vanitas; vera
ē, cum sit Generalis, in rebꝰ et obtis tam
lætis, q̃ malis et ~~tris~~ tristibꝰ, non tm̃ de
hoīe, sed de oī creaā quæ sub sole reperit:
Homo n. ē vanitas vanitatum oīum Quia ē
quasi mundus parvus, Microcosmus vanitatum, ho
inquam ē Epitome vanitatum et quoddam com-
pendium ait S. Hieron. Quia sicut rerum oīum
essiam, sic et vanitatem universam in se compre-
hendit; Nam subit iniurias corruptibilitatis,
ut res inanimatæ: Necessitatem Nutritionis,
accretionis, mortis, cum viventibꝰ; sensibilium
affectionem, et patibilium alternationem qualitatum,
cum sentientibꝰ: alternationem cogitationum,
voluntatum, studiorum, Consiliorum, cum Angelis:
At insup peccatorum quæ nefanda, et cum naā
pugnantiā sunt, atrocitati: ut de morbis et
ærumnis sileam, qbꝰ supra aīalia cuncta obnoxiꝰ

ē homo, ut docent Medici, et nāalis historiæ scriptores et qui deplorant lapsi ~~hōis~~ hōis calamitates. Unde et S. Gregorius hom. 29. in Evang. Omnis creatura (inquit) hbt homo; hbt namq cōa ēe cum lapidibus, vivere cum arboribus, sentire cum aīalibus, intelligere cum Angelis. Si gō cōe hbt aliquid cum oī creaā hō, iuxta aliquid oīs creatura ē homo. oī gō creatura prædicat Evangelium, cum soli hōi prædicat. P altitudo Divitiarum sapīa et scīa Dei, quam incomprehensibilia sunt Judicia eius et investigabiles viæ eius. M.

Scripsi hæc tria ultā folia, octavo post anno, eod. die (qui ē 20. Octobris) quo ingressus sum in Monrium, tertio professionis meæ anno. ao 1677. Eheu quid hōres sumus evanescimus sicuti fumus; deficiunt dies nri et sicut flos egredimur, et conterimur, qui hodie ē, cras in clibanum mittit, qui hodie ē cras non comparet; sicut foenum velociter arescimus. Heu tædet aīam meam vivere, volo mori, sed cum Jesu, cum Maria, ~~cum~~ Utinam ergo moriat aīa mea; sed morte Justorum, qui sn fine gaudent in Coelis.

Hominis vita,
brevi lesso collecta.

Vt bulla defluxit aquosa subsedit ut vespere rosa, brevis e oris flasculi sors, rapit ungue celerrima Mors. Quam manibus osseis tangit, Chrystallinam phialam frangit o inepta et rustica Mors! o caduca juvenculi sors! vbi nunc decor ille genarum? vbi formae miraculum rarum? bina lumina subruit Mors, coeca tenebras intulit sors. vbi Corporis bella figura? vbi lactis ostrique mixtura? lac effudit in Cespitem sors, texit ostrum sandapila Mors, vbi rubra coralla st oris? vbi retia crines amoris? Parcae rapuit forficem sors, scidit atra Caesariem Mors, vbi Cervix et manus eburnea heu funebri iacent in urna. atra nives imminuit sors colla presit tam candida Mors. Eheu! Quid homines sumus? evanescimus sicuti fumus. vana vana terrigenum sors, Cuncta dissipat Improba Mors.

Dignitas, Dominatus, Pugna, Miseria, Gloria, et Victoria Aiæ humanæ respu suorum Quinq sensuum Exteriorum hic ex SS. PP. Ingeniosè sq succinctè delineata.

Vt aliquid stylo gratiori proferrem, invitatq dicam nescio, an irritatus, assensi ~~tand~~ tandem, sive facundis flatibq faventium motus, sive insidiantiū dubijs querimonijs incitatus. Veruntamen et circumspicientem me Mãæ delectum variæ Cogitationes distringunt. Quid n. flebilibq modis non iam deploratum, aut Eraticis non decantatum est? satis etenim datum est opinor venusinis fidibq; sat Juvenalis et Horatij Thomphæa: sat dnq Enthusiasmis, et Exoticorum conceptuum æstuosis Torrentibq. Thalami, Horti, Nemora, Montes, Flumina, Cellæ, Triclinia, Templa, Sepulchra; Sed ante omnia, (quod horret Mens cogitare, magisq Lingua recusat effari.) Domq Veneris, Paphus, Cithera, Gnidus, Anathus, Cyprus patentibq folijs disertissimè celebrata sunt. Quidqd urit, ardet, friget, gemit, ridet, salit, vernat, viret, iam olim ad claudicantem Deam delatum fuit, per undenas pedes emodulandum. Vt Batavorum

Anglorumq̃ Amores taceam, in qbs ennarrandis, omnis
penè Heterodoxorum studiosa lascivia desudat; Quis
non putet Sacri, Profaniq̃ Amoris pharetram exhau-
stam esse? Magdalenæ Lachrymæ Scaldim, Antu-
erpiam, totumq̃ Belgium irrigarunt; Romanæ
Sponsæ fletibus post Alexij fugam Tybris crevit;
passim volitant Heroum Heroidumq̃ Eptæ. Theo-
philus salutat suam Dorotheam; Valerianus sponsus
Tiburtium Fratrem. Gilimer Rex gemit, Emma-
nuel Naufragus sosa tremit. Polydora scribit
Alexio; Theodora Didymo, Alenia Phosphoriano,
Barbara Dioscoro, Theopista Eustachio; scilicet
altera Penelope suo Ulyssi; Quin et Evam
habemus Protoplastam Matrem, Aviam Nostram,
tam Cultum quam dispendia Terrestris Paradysi
nobis luctuosè ingerentem. Tiræa scribit de
Universali Cathaclysmo et Mundi Naufragio; Sy-
billa de Babyloniæ Turris insana substructione,
Maria de Pharaone submerso, Juditha de Holo-
ferne occiso. Jam vero pia desideria quis non desi-
derat? Teneri Amores etiam in tenerrimis le-
gentium Amoribus resultant, et liquescunt. Ortum
solis et occasum quis non descripsit? Ver et
Æstas defluxère ut tempora solent. Quin Anni
quattuor tempora, nonnemo floridis compedibus
impedivit, succinctè et elegantèr. Hæc aliaq̃ Ci-

floridis compedibus impedivit, succinctè et elegantèr.

Hæc Aliaq̃ expendenti redit in Memoriam B. Jacoponi ex D. Francisci familia viri clarissimi sanctèq Jucundi Apologus de quinq̃ sensibus humani Corporis, Imperio Animæ relictis, traxiq̃ in Argntm̃ propositi Mei: dixeram n. quod quædam apud Ovidium:

Hæc placet, hæc: quoniam vulgaris fabula non ē fabula! immò historia tragicè verissima; quinq̃ sensus hoībus sæpe oem̃ sensum eripiunt et oia Theatra funeribus implent: famosus iste Apologus refert à R. P. Hieremia Drexelio in suo Niceta lib. 2. cap. 9. §. 5. Ex quo ipsius verba hic tibi annumero:

Virgo erat; et huic quinq̃ Fratres. Primus Pictor: Alter Musicus: tertius Pharmacopola: quartus Cocus: ultimus Caupo; Homines exigui census. Horum sororem fecit opulentam Nobilissimus Unio, Hunc pauperculi fratres precibus extorquere certatim institerunt; Musicus: Nosti, ait rem eē tenuem; da gemmam tuam, et servāsti vitam meam; pro eo Ego modos Musicos faciam quos laudes; Tu vō abi, mi frater, inquit virgo, tantillo pretio gemma mihi mea venalis non ē. Pictor ut gem,,

mam impetraret, picturam promisit, quam haberet elegantissimam, sed repulsam tulit. Idem tentavit et Pharmacopola, nescio quid novae fragrantiae pollicitus: sed ead. repulsâ dimissus ē. Nec aliud responsum tulit Coquus; etsi Jovis Cerebrum et delicias exquisitissimas sponderet. Caupo homo impudens, scire se aiebat lectissimos Juvenes qui aes eius ee cuperent Mariti: hac in re solertem se fore actorem recepit. Minimè placuit qui mxam sperabat graam, extemplò reiectus.

Hanc demùm Gemmam optimas obtinuit, in cuius una thalamum denupsit virgo.

Hoc ita Jacoponus explicabat: Anima virgo ē: Voluntas Gemma. Virginis fratres sensus exteriores: Visus, Pictor: Auditus, Musicus: Odoratus, Pharmacopola: Gustatus, Coquus: Tactus, Caupo. Sed an non insigniter deliriasset virgo, si pro reculis vilissimis sua se gemma privasset? Optimati Chrō Dnō erat servanda. Atqui nos longè stultiores sumus, et vero noīe insani: qui arbitrij nrī seu nrā voltis pretiosissimum unionem, pro delicijs scarijs, pro obscoenis narratiunculis, pro venereis delectatiunculis, pro vitreis fractis et ~~pupis~~ pupis; verè pro scarabaei umbra, non vendimus, sed turpissimè abycimus.

Hunc Apologum latius, quinq sensus pertractare nulli philosopho difficilè cadet. de his nobis hac pro nunc sufficiant; ad alian properamus

Animam producimus Reginam sui, et se velit, totiûs Mundi: dotibus à Deo concessis, et inprimis libero Arbitrio Nobilem; Membrisq̃ insuper ad omnem usum habilibus cinctam.

De Dignitate Aiæ humanæ.

Ex S. Augustino.

Naã Aiæ pstantior ẽ, quàm Naã Corporis. Nam sicut Deus oem Creaturam, sic aiã oem corpoream Creaturam Naã dignitẽ pcellit. excellit multùm res spualis ẽ res incorporea ẽ: vicina substiã Dei, invisibile quiddam ẽ, regit corpus, movet membra, dirigit sensus, præparat cogitationes, erigit actiones: capit rerum infinitarum imagines, omne quod scit animus in sese hbt: nec ullam rem scientia complectit, nisi quæ ad aliqi pertineat disciplinam, Est n. quarumcunq̃ rerum scrã. semp igr̃ Animus humanus vivit, ppriam quandam habitaoem eius ac patriam, Deum ipsum credo ee, à quo creata ẽ, substantiam vo eius nominare non possum, non n. eam puto ee ex his usitatis, notisq̃ Naturis, quas ietis sensibus corporis tangimus; Nam neq̃ ex Terra, neq̃ ex

aqua, neq ex aere, neq ex igne, neq ex his oibus,
neq ex aliquibus horum coniunctis constare Animum
puto. Simplex Aiae Nua dici pot, Quia ex aliis
Naturis non e. Aia quam creasti Dne, non de te
sed per verbum tuum, non ex qualibet Elementor.
Maa, sed ex nihilo. Quae qdm roalis Ittulis, spi
ritualis, semp vivens, semp in matu, quam signasti
lumine vultus tui et consecrasti virtute
lavacri tui, ita facta e capax Maiestatis tuae
quod a te solo, et a nullo alio possit impleri
qndo a te hbt, plenum e desiderium eius, et
iam nihil aliud quod desideret, exterius restat.
dum a aliquid exterius desiderat, manifestum e
quod te non hbt interius. quo hbito nihil e,
quod ultra desideret. ab hac Quantitas exclu
dit, dum nec altude, nec latitudine, nec longi
tudine metit. Qualitas et fra l. coloris ab hac
secernit: dum nulla fra l. humani Corporis, l.
ullius coloratae rei adscribit. haec e memorialis
qa pterita recolit; e et raolis Quia psentia
discernit: e Ittualis, qa futura itligit. Hanc
ee immortalem, hinc quoq constat, Quod Me
moriam sui apud posteros perennitèr durare
laboret. Solum hoiem credimus here Aiam substiam
quae exuta corpore vivit; et sensus suos atq in
genia vivacitèr tenet; oium rerum e silitudo:
dum n. vivificat Corpus Aia e. dum vult, Animus,
dum scit, Mens e, dum recolit Memoria e, dum
iudicat ratio e, dum spirat l. contemplatur
spus e, dum sentit, sensus e &c haec Ille.

De Dignitate Animæ humanæ ut Christiana est.

Ex S. Bernardo.

Quanta ē Nobilitas Aiæ Chrum Jesum herè sponsum! illige dignitem tuam nobilis creatura: quoniam non solum insignita es Dei imagine verùm et decorata silitude. Considera gō Nobilitem tuam: quoniam sicut Deus ē ubiq totus, oiā vivificans, oiā movens et gubernans, et sicut Deus ē vivit et sapit: Ita tu secundum modum tuum es, vivis et sapis; et sicut in Deo tres sunt Personæ Pater, Filius et Spiritus Sanctus: sic et tu hbs tres vires scil. Illum, Memoriam et Voltem; et sicut ex Patre generat Filius, et ex utroq procedit Spiritus Sanctus; Ita ex Illu generat Voluntas, et ex utroq procedit Memoria. Et sicut Deus ē Pater, Deus ē Filius, Deus ē Spiritus Sanctus, Non tn tres Dij, sn unus Deus et tres Personæ; Ita Aiā ē Illus, Aiā ē Voltas, Aiā ē Memoria. Non tn tres Aiæ sn una Aiā, et tres vires. Nobilem Hospitem hbs, ô Caro, nobilem valdè. Da honorem hospiti tanto, tu qdm hbtas in regione tua: Aiā vō peregrina et Exul ē apud te hospitata. Ac ne forte despicias aut parvi pendas hospitem tuum pro eo quod peregrinus tibi videt et Advena. diligenter attende quid hospitis huius psentia tibi largiat.

Ipse n. ē qui tribuit oculis visum; Auribus auditum p̄stat; Ipse ē qui linguæ vocem, Palato gustum, Natum Membris oībꝫ subministrat, siquid vitæ, siquid sensus, si quid in te decoris ē, huiꝰ hospitis bnficium recognosce. Deniq̄ discessus eius probat, quid p̄sentia conferebat. protinus n. aiā discedente, lingua silebit. oculi nihil videbunt; obsurdescent aures Corpus omne rigebit, facies expallescet &c. Serm. 6.

De Dignitate Aiæ humanæ ut sponsa Christi est.

Ex Eod. S. Bernardo.

Et sponsabo te mihi in sempiternum: Et sponsabo te mihi in Justiā et Judicio, et in Misericordia et miserationibꝫ; Et sponsabo te mihi in fide. Osee. cap. 2. Anima quæ diligit Deum sponsa vocatꝫ; hæc n. duo Noiā sponsa et sponsus mxē indicant internas affectꝫ, his n. omnia communia sunt; una hæreditas, una domus, una mensa, unus lectus. Unde tibi ô humana Aiā, unde tibi hæc? Unde tam inæstimabilis gloria, ut eius sponsa merearis esse, in quem desiderant Angeli prospicere, unde tibi hoc, ut ipse sit sponsus tuus, cuius

pulchritudinem sol et luna mirantur: ad cuius nu-
tum universa mutantur? Quid retribues Domino
pro omnibus quae retribuit tibi: ut sis socia Mensae,
socia regni, socia thalami; ut introducat te
Rex in Cubiculum suum? Vide, quibus brachijs
vicariae Charitatis redamandus et amplectendus
sit. Sancta quoque Anima, et veri sponsi Amica
ad dilecti sui adventum summo cum desiderio
semper debet inhiare, ibi ~~et~~ ad seipsam revertitur:
et cum Dilecto suo, usque ad intima Cordis sui
penetralia ingreditur. Quid namque est introire,
nisi se totam in semetipsam colligere? quid
vero est eius exire, nisi seipsam etiam semetipsam
totam effundere? Deus solus vult amari et
~~coli~~ coli, Zelotypus est sponsus iste, si forte
alium amatorem receperis; si alijs magis pla-
cere studueris; statim discedet a te, et adhae-
rebit alijs adolescentulis.

De Quinq̃ Sensibus Corporis humani, Ministris Animæ Christianæ.

Ex S. Augustino.

Ignis non solum fervidam habet qualitem, cuius sedes in iecore ē et cerebro verum et luculentam quam velut eliquari et subvolare ostendunt in excelsum Cerebri locum, tnq̃ in Cœlum Corporis nostri: Unde et radij emicant oculorum: et de cuius medio velut centro quodam, non solum ad oculos, sed et ad sensus cæteras, tenues fistulæ deducunt: ad Aures scil. ad Nares, ad Palatum: ppr audiendum, olfaciendum, atq̃ gustandum, ipsumq̃ tangendi sensum; qui per totum Corpus ē. Dominus Jesus insinuavit Nobis Animam hnam p corporalia mulceri poē sensu Corporis, l. offendi: et ppr hoc id ē ppr consortium quoddam Naæ et Corporis in hac vita, atque complexum, delectari aiam lenitis, contristari offensis corporis sensibus. Videtis quid aia faciat in corpore, oia membra vegetat. Per oculos videt, per Aures audit, per Nares olfacit, per linguam loqr, per Manus operat, p pedes ambulat: oibus sil adest Membris, ut vivant, vitam dat oibus, officium singulis. Non audit Oculus, non videt Auris, non videt lingua; Nec loquit Auris et oculus, sed tn vivit. Vivit Auris, vivit

lingua, officia diversa sunt, vita Communis. Aiam sensibilem esse constat, dum oculis colores, Auribus sonores, Naribus odores, Manibus aspera l. lenia sentire pstat. Sensus absq; aiae societate non movet corpus: Aia vo et sn corpore rationale suum tenet.

Ex S. Bernardo de eod.

Sicut Corpus hbt suos quinq; sensus, qbs aiae coniungit, vita mediante: sic et aia suos quinq; sensus hbt, qbs Deo coniungit, mediante Charitate. per sensus Corporis veterascimus, et huic saeculo conformamur. Per sensum vo Mentis renovamur in agnitionem Dei. Quinq; n. sunt sensus animales l. corporales, qbs aia corpus suum vivificat; ut ab inferiori incipiam: Tactus, Gustus, Odoratus, Auditus, Visus. similiter sunt Quinq; sensus spirituales; qbs Charitas vivificat Animam, id est;

Amor Carnalis Parentum, Amor Socialis, Amor Naturalis, Amor spiritualis, Amor Dei. Per quinq; sensus Corporis, mediante vita Corpus Animae coniungit: Per quinq; sensus Pastorales mediante Charitate, Anima Deo consociat. Ita S. Bernard. de Naa et dignite amoris divini, Cap. 5.

De Dominatu Animæ in suos Quinque sensus.

Ex S. August.

Princeps et Domina Carnis, Naturalis Anima est: quæ domare carnem debet ac regere. Cum vult intelligere divina, l. Deum, l. omnia et seipsam; suasque considerare virtutes, ut aliquid veri certique comprehendat; ab hac ipsarum quoque oculorum luce se avertit; eamque ad hoc negotium non tantum nullo adiumento, verum et nonnullo impedimento esse sentiens, se in obtutum mentis attollit. quomodo ergo ex eo genere aliquid est? cum eiusdem generis summum non sit nisi lumen, quod ex oculis emicat: quo illa non adiuvatur, nisi ad corporeas formas, coloresque sentiendas: habetque ipsa innumerabilia, longe dissimilia cuncto generi corporum; quæ non nisi illum atque rationem conspiciat: quo nullius carnis sensus aspirat lib. 7. de Genes. ad litteram.

Ex S. Bernardo

Nec sane dixerim ut l. odio habeas ipsam carnem tuam, dilige eam tanquam tibi in adiutorium et ad æternæ beatitudinis consortium præparatam. Cæterum sic amet Anima carnem, ut non ipsa in carnem transisse putetur, dicaturque ei a Domino: Non permanebit spiritus meus in homine quoniam caro est. Genes. 6. Claudet Anima fenestras morti; obsera aditus, foramina obstruere diligenter. Quis enim prohibeat quo minus Imperem Membris meis? indicit igitur Anima gulæ ieiunia, crapulam interdicit: obturari præcipit aures, ne audiant sanguinem: avertit oculos, ne videant vanitatem. Serm. 11 in psalm. qui habitat.

De Pugna Vixantis Animæ cum sensibus suis.

Ex S. August.

Non potest coronari nisi vicerit; nec potest vincere nisi certaverit; nec potest certare, nisi inimicum et tentationes habuerit. Quamdiu concupiscit Caro adversus spiritum, et spiritus adversus Carnem; satis est nobis non consentire malis quæ sentimus in Nobis, Nam ipsa continentia cum frenat cohibetque libidines, sit et appetit bonum, ad cuius immortalitatem tendimus, et respuit malum, cum quo in hac mortalitate contendimus. Hanc pugnam non experiuntur in semetipsis, nisi bellatores virtutum, debellatoresque vitiorum, Non expugnat Concupiscentiæ malum, nisi continentiæ bonum. Non regnet peccatum in vestro mortali corpore, ad obediendum desiderijs eius. Milites Christianos, Apostolica Tuba isto sonitu accendit ad prælium. Non regnet peccatum tunc a regnare ostendit, si desiderijs eius obeditur, quibus non est obediendum. Quantum potes observa blandimenta Draconis; ne forte si incautus fueris: Quinque sensus qui in te sunt quasi Quinque virgines permittas a serpente corrumpi. quidquid n. pulchrescit visu, quidquid delectat gustu, quidquid blanditur auditu, quidquid lenocinatur odoratu, quidquid mollescit attactu; in his omnibus concupiscentijs malis, Animæ virginitatem corrumpi permittimus; et impletur illud quod per Prophetam dictum est: intravit Mors per fenestras vestras. Hierem. 9. Concupiscentiam quis ambigat,

posse minui, non posse consumi. Plus habet virium Mens ad tenenda membra Carnis, ne dent in arma iniquitatis; quam ipsa Concupiscentia ad movenda membra Carnis; si tamen Dei Gratia adiuvet, ob id scriptum est, Genes. 4: Subtus te erit appetitus tuus, et tu dominaberis illius.

Ex S. Bernardo.

Ubi non est libertas, nec meritum, propterea quae est carentia rationis animalia nihil merentur. Quia sicut deliberatione ita et libertate carent. Sensu aguntur, feruntur impetu, rapiuntur appetitu. Solus homo inter animalia liber, et tamen inveniente peccato, patitur quandam vim et ipsa, sed a voluntate non Natura, ut ne sic quidem ingenita libertate privetur. Quod non voluntarium et liberum est. ita ille Serm. 81 super Cantic. Quare animam tuam vilipendis et ei Carnem praeponis? Dominam ancillari, et Ancillam dominari magna abusio est. Non pro toto Mundo Deus animam suam dare voluit, quae non nisi sanguine Christi redimi potuit. Ita ille Meditationum Cap. 9. Non des animam tuam in potestatem Carnis; non consentias carnali delectationi, non potest corpus corrumpi nisi prius fuerit corruptus animus, si anima labitur, statim corpus ad peccandum paratum est. Anima praecedit Carnem, in Crimine anima prima vadit ad peccandum, Nil potest corpus facere nisi quod voluerit animus. Idem. de modo bene vivendi Serm. 26.

De Gloria Animæ humanæ, ut victricis et domantis Quinq̃ sensus suos.

Ex S. Augustino.

Subyciamus Aram̃ Deo, si volumus servituti subycere corpus Nostrum. Quum Aia erigit se ad aliquid quod ipsa non ē, et quod supra ipsam ē, et à quo ipsa percipit Sapiam̃, Justiam̃, Pietem̃; sn̄ q̄bs cum et mortua erat, nec vitam habebat qua ipsa viveret, qua corpus vivificaret; aliud ē n. in Aia unde corpus vivificat, aliud unde ipsa vivificat; Melius ē quippe quam corpus, sz melius quam ipsa, ē Deus. Est ipsa, etsi sit insipiens iniusta et impia, vita Corporis. Quia vo vita eius ē Deus, quomodo cum ipsa ē in corpore, p̄stat illi vigorem, decorem, mobilitatem, decorem officia membrorum: sic cum Deus in ipsa ē, p̄stat illi Sapiam̃ Pietem̃, Justiam̃ Charitem̃; aliud ē go quod p̄stat corpori, de Aia: aliud, quod p̄stat Aiæ de Deo, vivificat et vivificat. Unde beatitudo, qua fit beata ipsa Aia? Non fit nisi participatione illius vitæ semper vivæ, incommutabilis, æternæq̃ substiæ: quæ Deus ē: et quomodo Aia, quæ inferior Deo ē, id quod ipsa inferius ē, hoc ē, corpus facit vivere: sic eand. Aiam̃ non facit beatè vivere, nisi quod ipsa Aia ē superius; superior Aia quam Corpus; et superior Aia Deus, Aia ut p̄stat aliquid inferiori, sic p̄stat illi à superiore, serviat Dno suo, ne conculcet à servo suo. hactenus Ille.

Ex S. Bernardo de Eod.

Ex hoc iam Aiam suavitate hactenus et delitijs Amoris tenere enutritam, sed et paternae pietatis disciplinis attritam; Ex hoc iam inquam, fortis ut Mors dilectio, pervadit Amoris gaudio, ab Amore et affu seculi sic occidens eam funditus, et interimens, sicut Mors interimit corpus, in tantum ut dici de ea possit quod de Enoch: scil. quod non invenit in saeculi actibus, Quia transtulit illum Dnus Deus. Sed Corporeus morte sua mortificat, ab omnibus sensibus suis; Aia a morte sua proficit magis et vivificat, et roborat in suis suis fortiter et constanter. Ita Ille lib. de Naa et dispositione Amoris cap. 5.

Locum superiorem semper ratio obtineat, nullusque motus adversus eam sit rebellis; sed omnia ei obtemperent, sicut et ipsa obtemperat Deo. Si vero aliquem motum, ad id, quod non debet, l. quomodo non debet, moveri senserit, non consentiat, sed illico resistat. Nam solus consensus reos nos facit, tunc n. Aia mori, sicut scriptum est, dicit; cum ipsa ratio ad peccatum per consensum curvat. Aia n. quae peccaverit ipsa morietur, resistat quo ne moriatur, pugnet ut coronetur. Molesta est lucta sed fructuosa; Quia si habet poenam, habebit et coronam; Non nocet sensus ubi non est consensus, imo quod resistentem fatigat vincentem coronat. Idem de Interiori domo cap. 19.

De Miseria Animæ humanæ à Quinq̃ sensibus suis victæ, et sub iugum missæ.

Ex S. Bernardo.

Unde tanta pusillanimitas, et abiectio tam miserabilis? ut egregia Creaã, capax æternæ beatitudinis, et gloriæ magni Dei: utpote cuiq̃ inspiratione condita, similitude insignita, cruore redempta, fide dotata, spiritu adoptata Miseram non erubescat, sub putredine hac corporearum sensuum gerere servitutem. meritò planè ne eos qdm̃ apphendere pot: quæ talem deserens sponsum, tales seqr amatores. Sensus à corpore cito recedit; aiam̃ sua Mors comitatz eunten. Nec parum aiæ ex hac consideraõe doloris accedit; cum per fenestras pprias Mors ista dephenditz intrasse. Multa siqdm̃ admisisse vidi petulantia oculorum. multa pruritq̃ aurium, Multa quoq̃ olfaciendi, gustandi, tangendiq̃ voluptas. Ita ille de Convers. ad Clericos Cap. 13. Quanq̃i et q̃uis pfectoris aiã, quamdiu qdm̃ gemit sub corpore mortis huiq̃ sæculi nequam retinetz inclusa Carcere, vincta necessitibq̃ lentius segniusq̃ assurgat, necẽe ẽ ad contemplanda sublimia: nec oĩo liberum hbt sponsum sequi quocunq̃ ierit. Idem serm. 21 sup. cant. Proinde clamat; non ẽ in potestate

Cor meum, et cogitationes meæ, quæ improviso effusæ mentem meam, animumq̃ confundunt, atque alio trahunt, quam Ego proposueram, ad sæcularia revocant, mundana inferunt, voluptates ingerunt, illecebrosa contexunt. Idem de Conscia cap. 4. Oculi iniquo intuitu me perverterunt, omnq̃ motum mei corporis ad innumera desideria traxerunt. Aures citiq̃ aperui verbis otiosis, et vanis, q̃ sanctis, delectatq̃ ē odoratq̃ varijs odoribus, Gustus dīsarum rerum dīsis odoribq̃. Idem. lib. de conscia cap. 5. Qui facit peccatum servus ē peccati Joann. 8. ꝓpterea cum peccavit aīa, servam se facit, miro quodam et malo modo sub hac voluntaria quadam ac libera necessitē et Ancilla tenetq̃ et libera, Ancilla ꝓpr necessitem libera ꝓpr voluntem. Aīa quæ peccaverit ipsa morietq̃ Ezechiel. 18. Nonne ista morte 2plici incursante, illa qualiscunq̃ immortalitas, quam retentat, tenebrosa satis reddi et misella? adde quod appetentia terrenorum (quæ qdm oīa ad interitum sunt) densat tenebras, ita ut in aīa sic vivente, nil ā ꝑte aliqua, nisi pallida facies, et imago qdam mortis apparere cernatq̃; cur non n. quæ immortalis ē, sitia sibi, immortalia appetit et æterna, ut quod ē, appareat, et quod facta ē vivat? Cæterum contraria sapit et quærit et mortalibq̃ sese degeneri conversatione conformans, immortalitatis candorem quodam mortiferæ consuetudis piceo colore denigrat. Idem serm. 81 et 82. sup. Cant.

Qui tangit picem inquinabitur ab ea. Eccli 13.
Sed et voluntaria illa necessitas, et contraria lex
inflicta in membris, Eid. incubat libertati: et li-
beram Naã Creaam per propriam ipsius voltem dum
allicit subycit servituti, implens faciem eius
ignominiã. Quid tu Aiã tua aliam formam
imò deformitatem imprimis alienam? Quomõ
obscuratum ẽ aurum mutatus ẽ color optimus
Thren. 4. hõ cum in honore ẽt non intellexit psal. 48.
Sed quid mõ necesse ẽ, singulas Aiã miserias nume-
rare? quam sit onerata peccatis, obfusa tenebris,
irretita illecebris, pruriens concupiscentijs, obnoxia
passionibus, impleta illusionibus. Omnia mea Mem-
bra volunt, coniuratione facta cum inimico meo, de
me Dominium ei tradere, cum morte foedus inire,
pacisci cum Inferno. Haec ex S. Bernardo. ibid.

Porro et alij PP. Quorum testimonia citare
supersedemus, miserabilem hunc statum Aiã succum-
bentis sensuum suorum mortiferis illecebris non minus
lamentabiliter exaggerant. S. August. (ut unum
ex mille producamus) ut qui mxẽ hanc servitutem
olim passus, pluribus locis in libris Confess. suarum
hoc argumentum per facundos gemitus, et atroces
querelas deduxit alicubi sic clamat: Suspirabam
ligatus non ferro alieno, sed mea ferrea volunte,
velle meum tenebat inimicus: et inde mihi
catenam fecerat et constrinxerat me. Duae
voluntes meae, una vetus: alia nova, illa spiritualis,
carnalis, haec spiritualis, confligebant inter se atque dis-
cordando dissipabant Aiam meam.

Quomodo Anima Christiana sensibus consensum eblandiri cupientibus respondeat?

Puellarum Nobilium Exemplo: Quæ Nubiles primo quidem ab honestis amoribus non videntur abhorrere, simulant n. molles aditus, etsi intus rigidæ: foris utcunque blandiuntur, auscultant, porro cum desideria procorum accenderunt, exspectatam optatæ admissionis destituunt, argumenta, preces, vota argutè eventilant. Quid? demum invisos Petitores manifestius deludunt, rident: sed et de fenestra exprobrant; verbo: repudiant, Quod in Germania vocant Corbem dare; Ipsissima Imago pugnantis Aræ, seu potius pugnare incipientis cum illecebris sensuum rudis adhuc, sed neque consentiens, nec omnino abhorrens, conniveat interdum, et nonnunquam subreptitijs Imaginibus intendit Aciem, ut capi posse videatur, spemque præstet potiundæ, licet immobilis stet, quem luctandi modum Graphicè describit S. Augustinus utpote expertus: retinebant me Nugæ Nugarum, et Vanitas Vanitatum, Antiquæ Amicæ meæ, succutientes vestem meam carneam, et submurmurabant: dimittisne Nos? Itaque subinde miratur, stupet, colludit. ac nisi divinæ gratiæ filum sequatur, in labyrinthum inerdit.

Nunc Anima humana, humano modo cum suis

sensibus, Ministris necessariis, agit; Itaq̃ datas
litteras quamvis illecebrosas, et quæ narrant delec-
tationes, sed non sicut Lex Domini; legit, exa-
minat, respondet: Memor quod et ipsa Epla sit
Eplam sollicitantibus reponit, ne rustica habeat:
Epla nrã vos estis scribit ad Chorintt. Aptus
2. Carinth. 3. Epla scripta non attramento
non in tabulis lapideis, sed in tabulis Cordis
carnalibus. Annotavit quoq̃ Origenes: Aiam
peccatricem, peccati sui quodammodo litteras
scribere. Quippeni gõ et victricem Theoque
fidam deceat contrarias scribere: peccare se
nolle, hoc pposito firmata, nonnunqi sensuum
suorum vatis faventem se ostendit, castigat
tamen, Quin et divina ope adiuta, pervicacius
insultantibus, frena, cruciatus, vigilias, flagella
minatur et infert. Queri interim, obsecrare,
indignari, deridere, gemere, irasci, explodere,
sitesq̃ affectus cire, tam à sexu muliebri
alienum non ẽ, ut quodammodo pprium eẽ videatur,
psertim in discrimine Castitis, et tuendi
honoris gloria: Quod n. crescit ad pugnam,
virescit in palmam. Non loquimur a. de Ani-
mulis innocentibus quas pveniens Graã Thi, extra
ordem singlari progiva, tm̃ non oio exemit à corrup-
tæ Massæ contagio; ad hnĩ gris statum, ut com-
munitèr nunc se hbt, ad quotidianas miserias, et
mnẽ ad illud: in multis offendimus omnes, pro-
vocamus. Rara avis ad retia, et viscum sensuum

aucupum, non aliquot pennas relinquens. Quem n. non aliqndo oculus aut auris decipit? quis non lapsus a lingua sua? Magnus Pater Augustinus, iam conversus, iam ablutus, imò iam sanctus (copioso lachrymarum fonte deplorat lib 10 Confess suarum. Insidias illices sensuum, qbs implicitus aliquoties hæserit.

De stylo Epistolari Quinque sensuum Aiam ad proclivia sollicitantium.

Sensibus tnqi Nuntijs uti per quos accipiat qdqd rerum corporalium non latet. testatur S. August. Lustravi inquit Mundum foris, sensu quo potui, et attendi vitam Corporis mei, de me, sensusq ipsos meos. Percurro ianuas oes carnis meæ: Oculi dicunt; si coloratæ sunt (imagines transmissæ et in sensu Memoriæ reconditæ) Nos eas nuntiavimus. Aures dicunt: si sonuerunt a Nobis indicatæ sunt. Nares dicunt: si oluerunt; per Nos transierunt. dicit et sensus Gustandi: si sapor non e, nihil me interroges. Tactus dicit: si corpulentum non e, non contrectavi, si non contrectavi non indicavi. Vides, ecce, Nuntios, qui litteras ferant ad Aiam, tnqi Dominam suam. Quæ sic totum quodammodo Mundum p sensus suos pagrat

Omnia lustrat bñficio Ministrorum; Quamvis non raro infidelium, et vaga curiositate se poscit saepius Noxia; Tabellarios cogita, tabellas ferunt, qua vera qua falsa narrantes. impleturq; illud quod sapiens dixit: Quoniam Creaturae Dei in odium factae sunt, et in tentaoem aiabq hoium et in muscipulam pedibq insipientium. Sapient. 14 vii. Characteres Eplarum quas officiosi sensus Dominae suae ingerunt, a Philosophis species dni; latiniores simulachra rerum, et volaticas imagines vocant; Existarum intuitu haustuve insinuant Aia oīs generis lenocinia, qbs decepta a Coelesti sponso suo saepe saepius avertit, et procum ~~quem~~ quemcunq; sensum amat. Hera famulum, Regina Mancipium, fornicata a Domino. Qua phrasi S. Pagina Jeremiae et Ezechielis latissime impleta psonat: fecisti Nos Dne ad te et inquietum e Cor nostrum, donec requiescat in te. Hoc pactum Nuntij sensus saepissime intervertunt nequissime, et dum fallaciter blandiunt: A primo amore increato, sn oium recte amantium ultimo fine, h.e. legitimo sponsi sui thalamo per summum nefas distrahunt. Respice saeculi nri Connubia: Quo tpre Mars ppulator opum, vastavit Agros, Jusq; oe, et nobilitas in Armis erat, vidimus non paucas summa claritudine

generis florentes Dominas; sy belli iniuriis attritas
pdonum vitio egenas, armatis precibus delinitas;
Caloni, aut servo suo nupsisse, an non et hic verum
e: Nimia familiaritas contemptum parit?
qua rae et aia, mens in regali solio collocata,
paulo minorata ab Angelis, in Conditoris sui pro
brum, seducta fidem violat, et famulo adultera suc
cumbit. Nam lenones hi insinuare se mirismodis
norunt, dum virginibus suas spes ac vota, suos dnq
amores suppliciter comendant; Interdum et suas vires
ac facta, pace belloq insignia, dnq poam decora,
divitiasq magnifice iactant, ut a pnpro lenes, sic in
fine efficacibus verborum at Coeremoniarum philtris
speratum consensum extorquere industiis. Perfidi
sensus pariter aiam herilem illaqueare, curioso vari
arum rerum ambitu et subigere student in oculos
in aures et Nares et gulam ingesto. Totum
fallendi artificium peritus Magister Thomas
Kempensis optime declaravit his verbis lib. 1 Imitat
Chri cap. 13. Nam primo occurrit Menti simplex
cogitatio: deinde fortis imaginatio: postea dectaõ
et motus pravus et assensus. Examina primum
Chirographum Decreti Contrarium Nobis, quod
Chrus delevit, affigens illud Cruci. Quis mortuales
hasce litteras exaravit? Quis eroticatam funesta
scripsit? Sensus Corporis: visus, Tactus, Gustus,
Evam decepere; vidit igr Mulier quod bonum eet
lignum ad vescendum, et pulchrum oculis, aspectuq
delectabile; tulitq de fructu et commedit: deditq

viro et comedit. feralis pomi succo Characteres mortis in libro Conscriæ scripti duraverunt, duratq; ad omnem Posteritatem Verbum hoc, Quoniam una Mulier Hæbrea fecit Confusionem in tota Domo Nabuchodonosor. Sed quid dico Verbum:

verte folium:

Verbum mihi ad Te ô Aria fidelis! ô homo Dei Nobilissima Creatura! Verbum (inquam) adhuc mihi ad Te Quod ē hoc: Omnes morimur Ergo Mors certa, hora vō incerta (testatur hoc Deus summa Veritas 2. Reg. 14.) Omnes morimur et quasi aqua dilabimur. Ita ē Omnes qdā moriemur sed non Omnes immutabimur; Mors gō certa, hora a. incerta. Vociferatur ~~Job~~ Propheta Job. cap. 9. Dies Mei Velociores ~~fugerunt~~ fuerunt Cursore, fugerunt et non viderunt bonum, pertransierunt quasi Naves poma portantes, sicut Aquila volans ad Escam.

Res ipsa loqr cum sileant linguae:

Etenim:

Vixit Adam Protoparens nr̄ et Primus hō ā Deo creatus Nongentis triginta Annis et mortuus est.

Vixit Seth Nongentis duodecim Annis, et mortuus ē.

Vixit Enos Nongentis quinq̄ Annis, et mortuus ē

Vixit Cainan Nongentis et decem Annis et Mortuus ē.

Vixit Malalaeel Octingentis Nonaginta

quinq̃ Annis et Mortuus ē.
Vixit Jared Nongentis sexaginta duobus annis, et mortuus ē.
Vixit Mathusala Nongentis sexaginta novem annis et mortuus ē.
Vixit Lamech Septingentis septuaginta duobus Annis, et mortuus ē.
Vides Ergo Quod omnes hactenus recensiti et alij propemodum innumeri aliquando vixerint, erant et fuerint et tn̄ nullus eorum amplius superstes ē, fuerunt sz amplius non sunt, pertransierunt. Mors gō certa, sz hora incerta. Omnes morimur, et quasi Aqua dilabimur:

Nec obstat sapra

Salomon sapientissimus mortuus ē. 3. Reg. 11.

Nec robur Corporis

Samson fortissimus mortuus est. Judic. 16.

Nec forma et venustas

Absolon pulcherrimus mortuus ē. 2. Reg. 15.

Nec Corporis obesitas.

Agag pinguissimus mortuus est. 1. Reg. 15.

Nec Regum favor.

Esther. 7. Amman gratiosissimus mortuus ē.

Nec Martius vigor.

Judith. 13. Holofernes bellicosissimus mortuus ē.

Nec Jurisperitia

2. Reg. 17. Achitophel consultissimus mortuus ē.

Nec Tyrannica sævities

2. Machab. 9. Antiochus sævissimus mortuus ē.

Nec Multæ divitiæ

Marc. 10. Juvenis Evangelicus mortuus ē.

Nec Epulæ splendidæ aut vestes.

Lucæ. 26. Dives epulabat quotidiè splendidè, et induebat purpurâ et bysso et tn mortuus, et sepultus ē, et qdm prō dolor in Inferno.

Hinc illa D. Augustini sententia ē: Omnis Anima vivens mortua ē.

Unde clamat Eccles. 11 dicens: ō homo An nescis? Quod si ceciderit lignum, sive ad Austrum (ie. felicem et Amabilem æternitatem) sive ad Aquilonem (ie infelicem et Amaram æternitem) in quocunq loco ceciderit, ibi in oem æternitem erit, et permanebit.

Meritò gō exclamo Miserum Me, Miserum Te, ô homo! Miserrimos illos, qui vescuntur voluptuosè, et nutriuntur in croceis, et dormiunt in lectis eburneis, quoniam amplectentur stercora. Heri mihi, hodie tibi, et non cras: siquidem incertæ sunt horum providentiæ, homo proponit sæpè longam vitam, sed Deus disponit rem ita, ut cum dicant Pax, Pax et securitas repentinus in eos superveniat Interitus. Vides igr Quia res creatæ et Mundanæ, sunt fluxæ et Caducæ, et quia non est stabilitas et firmitas in eis: Omnes n. morimur:

Memorare gō ô hō, cuiuscunq status, Conditionis, aut dignitis sis, iugiter Novissima tua et in æternum non peccabis.

Et hoc est Verbum istud quod mihi erat ad Te ô fidelis Aīa, priusquam hinc digrederer, alijsq operam meam navarem et applicarem, studè gō diligenter, labora ferventer ora frequenter, lege attenter, geme indesinenter, his n. oībus dignum est regnum Coelorum; Et cogita, quisquis in stadio curris ut accipias bravium, Nos omnes Morituros; ô Mors quam amara est Memoria tua! ô Mors, ero Mors tua, morsus tuus ero Inferne. Vale et fruere.

Nobilitas vera.

De hac Ovidius lib. de vetula ita canit:

Nobilitas hominis, Mens et Virtutis imago.
Nobilitas hominis, virtutum clara propago.
Nobilitas hominis, humilem relevare jacentem,
Nobilitas hominis, Mentem frenare furentem.
Nobilitas hominis, Natura jura tenere.
Nobilitas hominis, Vitia turpia, nulla timere.
Nobilitas hominis, terrenas temnere dotes.
Nobilitas hominis, Coelestia carpere regna.

Quid quaeso amplius à D. Augustino aut ab Eloquentiss. Chrysostomo, aut Devotissimo Bernardo dici potuit? Hac Ethnicus ille ne Nobiles Christiani nimia Christianorum pietati dicta de Nobilitate sua tribuere possint? —

Septem Mariæ Magdalenæ Doemonia.

Septem Doemonia fuerunt in Maria Magdalena, Cur? Quia erat in Civitate peccatrix. Tot gō Doemonia meruit, quot fuerunt Hydræ Capita.

Luxuria n. raro ē sola, ornat se superbè, ut placeat; Avarè emulget ē Juvenibus opes qbs se ornet; irascitz si contemnitz. Odit si non amatz; Et Quia sine Baccho et Cerere friget venus, Carnem gulosè saginat; Caro a. opprimit spiritum; nec sapiunt terrenis desideriis Cœlestia. Hinc Acedia.

Hæc sunt septem Hydræ Capita, Quorum singulis suus Sathan debebatz; Illi n. se subijcit Quisquis illius suggestioni obedit.

B. Male igitz Deus accusatz quod homines Diaboli subyciat potestati, Ipsi hoīes dum peccant sese Imperio illius subyciunt, se ipsos igitz accusent; Imo Dei Clementiam obstupescant, tam paucos peccatores Tyranni huius libidini permittentis.

Varia antiquorum Philosophorum Sententia de Vltimo fine Hominis.

Refert ea Lactantius lib. 3. divin. Institution. cap. 7. Cum ait:

Epicurus, Summum bonum in voluptate Animi et ponit.
Aristippus, in voluptate Corporis.
Callipho et Dinomachus Cirenaici honestatem cum voluptate iunxerunt.
Diodorus in privatione doloris posuit.
Hieronymus Rhodius ex Rhodo Insula in non dolendo.
Peripatetici a. in bono Animi et Corporis et fortunae.
Herillus Summum bonum è Scientia.
Zenonis cum Natura Congruenter vivere.
Sucundum Stoicorum virtutem sequi.
Aristoteles in honestate ac virtute summum bonum collocavit; sed complere eius beatitudinem etiam Corporis voluptatibus.
Ita fere omnes senserunt gentiles.

Scriptura autem Divina, cum qua et Nos vitam beatam, obiectivamque hominis beatitudinem, et vltimum finem posuit in Cognitione divinitatis, et fructu bonae operationis, Et in nullo bono temporali et creato.

Ex Physica.

Thesis 1ma.

An physica sit verè et propriè dicta scientia?

Suppono Phtiam naalem seu phcam ee cognoem rerum naalium ut sunt. verba illa ut sunt idem valent, atq per suas caas si eas habuerint. sicut n. res quarum caa investigantur, per caas ee obtineat; ita percipi tunc dnr, ut sunt, cum per easdem cognoscuntur, debere a. phtum caas tenere, inde constat, Quia quemadmodum ex admiroe, id e ex notia effectuum et ignoraoe caarum coeperunt hoies phtari, hoc e caas inquirere, ita par e eum pfum phtum seu sapientem iudicare, qui caarum cognioem sit assecutus, de hac itaq phtia naali, seu phca quaritur an sit propriè dicta scientia?

R: Affirmioe; Pbr: Nam ea e vera scia, quae per varias demonstroes generatur. atqui physica generatur per varias demonstroes. go. M. p. ex eo, quod propria demonstrois proprietas sit partus scia,

min. a. pbr: siqdm in phca demonstratur oe corpus naale
ee mobile, qa constat naa, qua e principium motus et quietis,
oe corpus mixtum ee corruptibile, Quia ex elementis con-
trarijs coalescit, hae. a. et sites demonstroes suam generantqd.

Pbr 3do: Quia scire e rem per suam caam certo,
et evidenter cognoscere text. Arte 2. poster. cap. 2. sed
multa sic cognoscuntur in phca per suam caam, qd erit sua.
m. p. Quia de mixtis certo et evidenter ostenditur
per suam caam ee corruptibilia qa scil. constant con-
trarijs: Et silr de igne probat ee levem ex paucite
de rarite maa: et de terra ex gravite et multudine
maa illius et densite qua duo caa sunt predictorum effuum
Non refert quod phca non agat de rebus nisi motui
subditis, quod videtur ee contra roem sua qua e de rebus
necijs et perpetuis; Nam sufficit quod ita sit necrium res naales
(de qbus agit phca) ee mutabiles et corruptibiles, sicut quod
angelus sit incorruptibilis, unde sicut hoc scibile e, ita et illud.
Dices 2o: Quod non e illigibile non e scibile; sed
res naales non sunt illigibiles, qd non sunt scibiles. m. p.
m. pbr: Nullum sensibile e illigibile; res naales sunt sen-
sibiles qd. m. pbr: dsa poa dbnt here dsa obta, qd quod
e obtm sensus, non pot ee obtm illus.

R neg. m. ad pboem neg. m. ad huius vo pboem dnus ans.
dsa poa disparata, qua scil. nullum inr se hbnt ordem, qtes
sunt vg. visus et auditus Con. ans. dsa poa subordinata,
qtes sunt illus et sensus, neg. Nam illae sic se hbnt ut poa
superior cognoscat oia qua cognoscit inferior, et plura
alia ut p et de sensu coi qui e poa dncta a quovis alio
sensu externo, et cognoscit qualibet p sensus exteriores cog-
noscibilia, esto unus sensus exterior non cognoscat obta alterius.

Dices rdo: Scia dbt hēre obtm necrium, et incorrup-
tibile; sz phca non hbt obtm ~~non~~ necrium et incorruptibile gō.
M. ē certa. Quia scia dbt ēe cogmō certa et stabilis cer-
titudo a. et stabilitas scia regulant et dependent a subto:
m. pbr: Res nāales sunt corruptibiles et mutabiles; sz phca
obtm st res nāales, gō. M. pbr: Quod hbt pnpium intrinsecum
corruptōis ē corruptibile, sz res nāales hbnt pnpium in-
trinsecum corruptōis, gō. m. pbr. Quia res nāales,
saltem sublunares hbnt māam sublunarem, cum pri-
vatione et appetitu plurium frārum substantialium gō hbnt
pnpium intrinsecum corruptōis, gō.

R. Con. M. neg. m. ad cuius pbaem dng M. Res
nāales sunt corruptibiles et mutabiles physicè, hoc ē
in singulari et quoad existiam consideratæ. Con. M. sunt
corruptibiles et mutabiles logicè hoc ē, in cōi et quoad
essiam spectatæ; neg. M. licet gō res nāales sublunares
in suis singularibus mutentz ac intereant, logicè tn et
sm pdta essia spectatæ non sunt mutabiles; imò ipsa corrup-
tibilitas respu corporis sublunaris tam ē necrium pdtm, quam
incorruptibilitas respu Angeli, cum aīg habeat caas ~~necessarias~~ necessarias
radicalem scil māam Imām sublunarem, pxām oō accentia,
et qualtes contrarias, Consentiunt nobiscum Complut.
dum aiunt, Ita necrium ēe res nāales de qbs agit
phca ēe mutabiles et corruptibiles, sicut quod Angelus
sit incorruptibilis; unde sicut hoc scibile Ita et illud.

Instas: Scia dbt ēe de rebus impōibilibus se aliter
habere, sz entia nāalia de qbs agit phca, st contingentia,

et possibilia se aliter here, qa corruptibilia, go de ijs &c.

R. dnz M. scia dbt ee de impossibilibus se alir here quoad existiam neg. quoad essiam, l. connexoem essia cum propria passione Con. M. eod. mo dnz. m. Quia illa connexio e ita necria ut qprimum unum extremum ponr l. tollir et aliud ponat l. tollat.

Dices 3tio: scia dbt procedere p medium demonstrium sed phca ut plrm non procedit per medium demonstriuum sed probabile et opinativum go.

R. dnz M. phca dbt procedere per medium demonstrivum per se et ex fine primario, Con. per accens et ex fine rdario neg. Quod go phca assumat media probabilia l. provenit ex parte mea et qsi per accens respu hbtus scientifici, l. ex foecunditate scia drsis medijs scil. demonstrivo et probabili eand. veritem ostendentis, l. ex impfoe scia creata, qua condoes remote a pnpijs distantes semp per medium demonstrivum resolvere non pot.

2.

An Mãa Pa ex se careat oĩ actu?

R. Affirmive: Pbr: Quia si mãa ex se haberet actum, l. ille aet actus differentia, l. existentia l. entitativus; sed nihil horum dici pot. gõ. pbr m. quoad Inam partem: Quod hbt proprie actum differentia, illud e Metphice compositum ex gre univoco, et actu proprio differentia, sed hoc non pot dici de mãa Pa, gõ. pbr m. Quia inprimis actus differentia constituit cum gre univoco veram ac completam speem directe in pdmento possibilem, sed talis species non e mãa Pa, gõ. pbr m. Quia etsi mãa Pa sit ens reale, non e tn ens completum, adeoq a sede et linea pdmenti excluditur non ideo qa realis non e, sed quia pars compositi substantialis e, Nam ad seriem pdmentalem ex decreto phlorum passim recepto tm admittunr entia realia tota, gõ. Deinde vbi e genus univocum, quod mãa si involveret actum differentia necrio supra se here deberet: illud non e ens, cum ens in coi tm sit genus analogum, nec et substia, cum substia in coi sit qdm genus univocum respu substantiarum completarum, non tn respu substiarum et incompletar gõ.

Pbr iam min. quoad rdam ptam: Pro Auctoritate D. Thomae. qui hoc ipsum saepe docet, mxe in 1. part. quaest 7. art. 2 ad 3. vbi sic ait: Mãa non existit in rerum nãa per seipsam cum non sit ens in actu, sed poa tm, vnde magis e aliquid concreatum, quam creatum. pbr 2do rae: Hoc ipso quod aliqua res sit existens e ens actu, gõ si mãa propriam hbt existiam et similr fram suam, qualibet earum erit ens in

actu, et in illo prior, in quo toti et ad invicem præ
supponunt. quod ex illis non poterit fieri unum per se,
quale est compositum physicum a parte rei existens, et ex
materia formaque coalescens. Hæc ultima Contra patet
ex illo vulgatissimo inter Philosophos axiomate: Ex
pluribus entibus in actu non potest fieri unum ens per se.

Respondent Adversarij: Quod licet ex pluribus
entibus, quorum quodlibet sit in actu per existentiam
completam, non possit in ratione existentis fieri unum
per se, quia iam unumquodque illorum complementum secundum
hanc rationem habet, bene tamen ex pluribus quorum quodlibet
habeat existentiam partem, et incompletam. Quia tunc
una existentia comparatur ad aliam ut perfectibilis, et aliam
ut perficiens intra idem genus; At existentia materiæ et
formæ sunt partes et incompletæ, et ita bene potest ex
ijs resultare per compositionem physicam unum per se, et
in ratione existentis. Sed Contra sic argumentor:
Nulla existentia potest se habere ut potentia respectu alterius existentiæ;
quod ex nullis existentijs potest fieri unum per se ens, compositione
physica. Probatur Cont: Quia hæc compositio nequit esse, nisi unum
extremum se habeat ut potentia realiter respectu alterius: sicut
nec potest dari Compositio Metaphysica, quæ est secundum rationem, et fun-
data supra physicam, nisi unum extremum habeat se per modum
potentiæ secundum rationem. Antecedens in quo est difficultas probatur: Quia
etsi una et eadem res possit esse in diverso genere et ordine
actus et potentia; non tamen in eodem. Unde quia forma substantialis
in ordine essentiæ est actus, ideo in hoc ordine nequit esse potentia.
licet in ordine subsistendi et existendi possit comparari
per modum potentiæ respectu actuum subsistentiæ et existentiæ.

Pbr dng min quoad 3tiam ptem evertendo fundntur adver,,
sariorum: Tota n. rao q̃ hbnt ponendi actum illum entitativum,
seu essem in maa sm se sumpta, et prout conducta a fra e,
qa maa sa de se e verum ens reale quod de facto reperit a pte
rei, utpote vera pars compositi substantialis, atqui illa rao nulla e, go.
pbr m. ut maa ata sit vera entitas realis et extra nihil, sufficit
quod contineat sub uno membro dividente ens reale, in tota
sua latitude sumptum, sed licet sit pura poa, nullum prorsus
actum includens, salvat illam contineri sub uno membro dividente
ens reale ut sic, go non reqr ut includat aliquem actum. pbr m.
Ens reale in tota sua latitude sumptum Ima partitione ab
acte lib. 6 et 9. Metph. dividitur in actum et poam, et ex utroq
compositum, go hoc ipso quod maa Ima erit poa realis, quamvis
nullum includens actum, continetur sub uno membro; nempe sub poa.

Unde Adverte in hoc decipi Adversarios, quod existi,,
ment, nullum dari medium inr ens actu, seu entitem actualem ex
una pte et purum nihil ex altera, ex quo inferunt maam
primam hoc ipso quod non e merum nihil, sed vera entitas realis,
ut nos ultro concedimus debere dici ens in actu, adeoq includere
actum aliquem saltem entitativum, roe cuius dicat entitas realis.
In hoc inquam fallunt; Nam l. sumunt ens in actu lato modo,
et impprie, prout idem e ac ens quod reipso et de facto e a parte
rei, l. in sensu pprio pro ente scil. quod e vere actus, aut quod
pprium includit actum; si B mo sument ens in actu, libenter fa,
temur, non dari medium inr nihil et ens in actu, proindeq maam,
hoc ipso quod non e merum nihil, debere ens in actu, id e entitem
realem positam a pte rei: Etsi nihil aliud volunt Adversarij
verum dicunt, sed abutunt noie entis in actu. Si a. in actu
sumat rdo mo et pprie pro eo, quod l. e verus actus, l. ipsum includit;

in quo sensu nos in presenti loquimur, velintq̃ adversarij
mãam Imam, eo ipso, quod non ē nihil, debere dici ens in
actu sensu illo proprio, plane decipiunt, cum inr̃ huiusmi
extrema mediet ens, quod ē pōa realis receptiva actus,
seu frã, nempe mãa Ima, quæ nec ē nihil, sed verum
ens reale, cum sit pars compositi substantialis, nec ē
etiã ens in actu, cum nullum actum includat, sed mera pōa
realis.

Dices 1o: Mãa ex se, et ut ē pars conducta à frã,
ē ens actu, qd non ē pura oīo pōa. pbr ans: Quod non
ē merè poibile, sed defacto dat à pte rei ē ens actu;
atqui mãa Ia non ē merè poibilis aliàs eet actu
nihil, sed defacto dat à pte rei, qd ē ens actu.

R. Neg. ans et M. pbatis erg: Nam ut vidimus mãa
Ia ē vera pars compositi per modum puræ pōæ, et non p
modum entis actualis inr̃ quod et nihil seu ens merè
poibile ~~non~~ dat medium, nempe ens reale purè pōale,
seu vera et realis pōa. Claritis tñ grãa

R. 2do: dnq ans: Est ens actu, id ē, defacto et
reipsa, à pte rei positum, Con. includens actum aliquem
entitativum, neg. eod. mo dnq M. probois. Nam ut
mãa non sit purum nihil, sed ens reale positum à
pte rei, sufficit quod sit vera et realis pōa, receptiva frã.

Dices 2do: Quod ē oīo in pōa, ē nihil, quia
solum dr ēe eo quod pot ab agente produci; sed
mãa Ia ē extra nihil, qd non ē oīo in pōa.

Rnt aliqui Io Con. totum argntm: Neg n.
aiunt, nos asserimus mãam Iam ēe in pōa, id n. deno-
taret eam nondum defacto, ēe pōam, id ē entitem
in rerum nãa positam, quæ sit pura pōalitas receptiva

à pte rei sed dicimus ēe pōam

forma. unde si dicas: Mãa non ẽ ens in poã, gõ in actu.
dñs: ẽ in actu id ẽ in rerum nãa positum Con. constans actu
aliquo neg. sed melius

R. 2do: Duplicem ẽe poãm quoad propositum, alteram
obtivam; quæ nihil aliud ẽ, quam non repugnia in re aliqua
ut producat à pte rei: alteram subtivam, quæ ẽ in re,
ipsa entitas quædam realis receptiva actus, seu forma.
hoc posito dñs M. Quod ẽ oio in poã obtiva ẽ nihil Con.
quod ẽ in poã subtiva, id ẽ, quod consistit in pura poalitẽ
receptiva actus, neg. —

3.

An ars pōt pstare opera Nāæ?

R. Pō: Ars non pot praestare opera nāæ in sua pria virte: Pbr: Quia Causæ dīsi ordinis non possunt producere effectum alterius ordinis quàm illius in quo sunt, sed Ars seu causæ Artificiales sunt dīsi omnino ordinis à causis naturalibus, gō non possunt producere effus causarum naturalium. M. pz. Quia Causæ supernaturales non producunt effus nisi supernaturales, ut docent communitèr Theologi de fide, spe et Charitate. Item Causæ naturales non possunt producere effus supernaturales in sua virtute; Nam dum aqua in Baptismo lavat animas, hoc facit in virtute Dei elevantis supernaturaliter aquam ad productionem effus supernāalis m. vō argnti pbr: sicut se habt nāale ad supernāale, ita se hbt artificiale ad nāale, sed nāale et supernaturale sunt dīsi ordinis, gō et artificiale et nāale erunt dīsi ordinis.

Confr: Ab aliquibus nulla cāa pot agere supra se; sed cāæ Artificiales sunt inferiores causis nāalibus, sunt n. veluti illarum pedissæquæ, gō ars non pot supra opus nāæ, Quia tale opus ē supra captum cāarum artificialium.

R. 2do: Potest tn ars praestare opera nāæ in virte aliena: Hanc Conclōem pbant tam multæ experiæ ut nulli dubia relinqui possit.

Per applicationem n. activorum ad passiva, mira hoies praestare solent, ipsiq naa videntur illudere. Inter infinitas experias illam refero, quam referunt, Corneus, Julius Scaliger et alij innumeri de productoe pullorum in Aegypto quocunq tempore et hyemali: posito n. quod generatio pulli sit naalis, ut nemo negabit inferam: generatio pulli fit ab arte, sed generatio pulli e opus naa, qd ars facit opus naa. m. concedit ab oibq. m. pbt experia illa quam afferunt pdicti auctores: Dicunt n. in Aegypto quosdam furnas construi cum multiplici fornice et in illis innumeram ovorum apponi multitudem deinde imitti ignem tepidum seu remissum, sicq tepide calefacta illa ova post aliquod tempus evadere in pullos, et cum tanta qntite ut non in numero, sed in modio vendantur: vides qd quomo hac experia ars imitetur naam; Idem die Alchimia, seu de arte faciendi verum aurum, Nam ex multorum sentia defacto datur vera ars qua alia metalla convertantur in aurum. Sed hinc oritur:

4.

An arte Chymicorum possit produci verum aurum?

℞ Affirmative: Ꝑbo: Quia talia activa auri productiva in rerum nãa sunt, cum aurum quotidie à nãa producatur, qd à Daemone saltem sciri et applicari pnt, qd arte verum aurum excoqui et produci pot. Deinde ars applicando activa nãalia passivis producit viventia, et pfa; Aegyptij et Chynenses ex ovis in furno confotis producunt pullorum ingentes greges; Alij ex varia seminum et surculorum immixtione arbores et fructus rarae bonitatis proferunt, qd multò magis applicando nãalia activa passivis verum aurum produci pot.

Confr Ꝑo: Quia videmus Chymicos mira circa metalla operari unumquodq in aliud transmutando; quare qd idem non poterunt pstare circa aurum.

Confr 2do: Nam plumbum multo tpre expositum aëris iniurijs, aut per varias liquefactiones purgatum accipit teste Salemandet quandam argenti naam, qd multo melius dicemus id fieri poe et perfius per Chymici industriam.

Dices Ꝑo: Non pot fieri transitus de una spee in aliam, sed metalla differunt spee, qd unum non pot in aliud transire; atqui mutatio Chymica e mutatio unius metalli in aliud, unde cum haec immutatio sit impossibilis, qd et illa

℞ neg. metalla inr se differre spee pfa, dum vo dr

transitum non fieri de spēe in speēm illige de spēe pfa.
Adde quod licet metalla differrent spēe pfa, hoc tn̄ modo
responderem, quod videl. non fiat transitus de spēe in speēm
remanente priori spēe; Con. eā vō mutata, neg. Exemplum
sit: Ex binario fit ternarius numerus, unde una spēes
numeri mutatur in aliam speēm nūri deperdita nimir. priori
spēe; ita dum unum metallum mutatur in aliud amittit suam
naām et accipit naām alterius in quod transmutatur.

Dices 2do: Vix pōt concipi et cognosci naā metal-
lorum; sed quomō fiet transmutāo unius in aliud, nisi
naām utriusq Chymicus cognoscat.

R. Negando Chymicos naām metallorum se n.
optimè callere naām eorum profitentur.

Dices 3tio: Illud Judicatur impōibile fieri pōe, quod à
nemine unquam reperitur factum; sed verum aurum arte Chy-
mica factum nusquam reperitur, imò leges civiles damnant Chy-
micos, gō.

R. Negando: Nunq̄ factum ēe verum aurum, cum id plu-
rimi probati et periti hōies asserant se vidisse et probasse:
Nam Po Corneus fatetur se aurum tali arte eliquatum
vidisse, quod ad lidium lapidem, imò in igne sibi constitit.
2do: Arnoldus villanovanus virgulas aureas per artem effecit,
easq̄ orūm examini Romae subiecit, ut referunt Jurescon-
sulti gravissimi apud Delrium lib. 1. disquisit. cap. 5. Idemq̄
praestitisse Bernardum Trevisanum in Gallia, Raymundum
Lullum in Anglia, quem in suam sentiam perduxit villa-
novanus, cum erg respondere non posset argntis, sed factis pro-
basset illa nihil evincere. Idem alij plures praestitisse
referuntur, licet non diffitear plerosq̄ saepe impostores

repertos ēe, qui hanc artem professi sunt, ut Divitum
crumenas emungerent. Referunt plerāq huiusmi exempla
Maiolus Tom. 2. dierum Canicul. Colloq. 7. Delrio et Alij.
sed hoc non evincit Chymicos oēs ēe fraudum, et Mendacio-
rum fabricatores.

Adde quod nec implicet ex parte Mā, nec ex pte
modi operandi, ut per artem Chymicam verum aurum produ-
catz; Mā n. ē indifferens ad oēm frām, modq a. operandi
ē perdecoctoēm nāalem ignis, qui decoctoēm Caloris nāalis
imitari pxē pot; gō non ē neganda veri Auri decoctio,
et confectio per artem Chymicam, sive per Alchymiam,
aut Chrysopeiam quae definitz Ars, quae l. ex aspersis pau-
culi pulveris aurei ramentis aurum multiplicat l.
ex non auro verum aurum producit, ignis bnficio, sive
id fiat per lapidem (ut appellant.) Phylosophicum,
sive aliter. Ubi duae indicantz generales ptes huiq Chry-
sopeiae. Tma: Ex auro auget Aurum. 2da: oīo
producit Aurum de Novo. Artis vō huiq Originem
multi vetustissimam ēe volunt; Quidam n. libellum ob-
trudunt nescio quem Adami titulo; Alij Maysis;
alij Mariae sororis eiq et Salomonis, et Hermetis
Tresmegisti, et Artis et Pythagoreorum; Alij
Artis huiq volunt ēe Sisiphum ad saxum revolubile
propterea ligatum; Alij Cum Suida vellq Aureum, quod
quaesierunt Argonautae aiunt libros fuisse, qui
doctrinam continerent Alchymiae, in arietinis membranis
descriptam, ad quam et lilij Giraldq, et Joannes

Ping referunt mala aurea Hesperidum. addunt alij apud Hypocratem hoc ee illud sacrum terra opus, ex quo animantia, planta alimenta, pharmaca, fortuna ac ipse Plutus profluant. quae oia, ut vides sunt incertissima, porro hanc artem locupletarunt Paracelsus, Theophrastus et Olenmydas et Geber Arabs. Haec de origine huius artis. plura si placet lege apud Auctores.

Dices 4to: Non possunt Chymici efficere aurum si maam non habent ex qua illud conficitur; sed maam illam here nequeunt cum illa sit solus halitus inclusus in terra visceribus, go illi non pnt efficere verum aurum.

R. Posse residere in Metallis halitum illum subterraneum qui auro necrius e; ac proinde eum ubi vis ignis decoxerit, sufficere poe ad formaoem auri.

Dices 5to: sicut vivens pfum extra Matricem nequit generari; sic neg aurum quod metallum e pfum produci pot extra mineram quae illius quasi Matrix e.

R. Argntm retorqueri poe; sicut n. vivens impfum produci pot extra uterum, et ex quacunq maa, ita et Metallum, quod e impfius vivente impfo

R. go ad argntm neg. parit. Quia evincit experia, quod metalla generent extra venas minera; narrat Albertus Magnus aurum aliqndo inventum ee inter dentes superiores humani capitis. Notus e libellus superioribus annis editus, ubi accurate disputat de aureo dente, qui sponte succreverat cum alijs dentibus in ore militis Hungari in Castris Imperatoris, quod aurum oium Judicio visum e probatissimum.

Dices 6to: Est impossibile ut gignatur ~~aurum~~ de novo mixtum, nisi praeter calorem adsit etiam frigus: sed in fornace non potest esse frigus, ergo non potest gigni aurum.

R. dnus M. Quando mixtum gignitur primo ex Elementis debet esse frigus, Con. quando ex mixto fit aliud mixtum neg. aliud exigi frigus, quam quod praeexistit in illo priori mixto.

Tandem pro nra Conclõe sic argntatur Stephanus de Melles: si non poet fieri per artem Chymicam verum aurum. l. id repugnaret ex pte Maa l. ex pte fra, l. ex pte loci, l. demum ex parte dispositionum; atqui ex nullo repugnat.

Non ex pte maa; Quia maa ad oes formas e indifferens, oium capax.

Non ex pte fra: Quia fra auri utpote corporea generabilis e et corruptibilis.

Non ex pte loci: Quasi non poit gigni in visceribus terrae; Nam etsi terrae viscera gignendo auro sint locus mxe idoneus et connaalis non desinit arum ee generabile in alio loco, sicut licet ova connaalia excludantur, superincubante Gallina non desinunt poe excludi in furno temperato, ut factitatum legimus apud Aegyptios.

Deniq nec ex pte disposoum: Disposoes n. ad fram auri requisitae introduci pnt in maam per artem, applicando nempe activa passivis, ergo per artem fieri pot verum aurum.

Confirmat Stephanus de Melles. Quia in Scotia e navium fragmentis putrescentibus gignuntur Anates, unde sic argntatur: pot virtute aquae maa disponi ad

formam Anatis; quod à fortiori virtute Ignis, aliorumque agentium, quae activitate superant aquam, disponi poterit mediante ad formam Auri.

Dices 7timo: Leges Civiles prohibent artem convertendi metalla in aurum, quod nulla est.

R. Ex hac ipsa prohibitione evidens pro nobis argumentum elicitur, Non enim leges Civiles prohibent impossibile; sed ex adversarijs leges Civiles prohibent artem convertendi metalla in aurum, quod evidentissimum est Indicium dictam transmutationem posse fieri, alias nugatoria foret dicta prohibitio, quod a non omnes Chymici suum assequantur intentum, hoc non debet attribui vitio artis, sed artificis, imo vero multo magis possibilem existimarem artem Chymicam, quam artem liquefaciendi lapides, quae tamen apud Antiquos iuxta varios Auctores erat multum familiaris, licet nunc ignoretur. Interim libenter fateor artem conficiendi aurum valde periculosam esse et noxiam; Nam ut omittam quod verum nimis et exploratum est, plures in ea patrimonium decoquere, quod abit in fumos, insuper humanae societati et bono publico infensa est, dum poecuniae adimens raritatem, adimit quoque et pretium, sicque negotiationes et commercia tollit, ideo legibus est vetita, Auctoresque suos infami patibulo addicit; sic quae alioqui maximè laudabilis est, nocet industria.

5.

An oīa creata necrīo conserventur à Deo?

R: Constare oīo tum ex fide, tum ex Phlia, quod oīa creata egeant perpetuâ Dei conservatione, ut permaneant in ee, atq; ita impetum illum et influxum, quem primò creationis momento praestitit Deus, ut res ex nihilo in lucem, et speem excitaret debere indesinenter continuari, oībsq; momentis dari.

Primò n. sic Colligitr ex Script. Sacra Collossensium 1. oīa per ipsum et in ipso creata sunt, et ipse ē ante oēs, et oīa in ipso constant. In ipsum oīa pendent (inquit Chrysostomus) qā duntaxat ipsum inclinari et annuere satis ē ad conservandum. Item Hebreor. 1. dr: Qui cum sit splendor gloriae et figura substiae eius, portans oīa verbo virtis suae: id ē (ut ait Anselmus) sursum tenet ne decidant, et in nihilum revertant, unde creata ab ipso fuerunt. Item Joan. 5. Pater meus usq; modo operatur et Ego operor. Quod explicans Augustinus lib. 4. de Genesi ad litteram: Continuaoēm quandam ostendi (ait) operoīs eius, quae vrsam creaam continet, et administrat. Hinc Gregorius Magnus Homil. 17 in Ezechiel. ait: sic ē intus ut extra sit, sic circumdat, ut penetret; sic psidet ut portet; sic portat, ut psideat. Ad quod fortè reflectens Hugo Victorinus lib. de Claustro aīae: sicut nullum ē momentum (ait) quo hō non utatur Dei benignitate,

et misericordia, sic nullum debet esse momentum, quo eum præsentem non habeat in oculis, omne momentum quo de Deo non cogitas, hoc te computa perdidisse. Eursus pulchre ait S. Anselmus cap. 12. Monologij: Dubium non nisi irrationabili animo esse potest, quod cuncta quæ facta sunt, eodem ipso sustinente vigent et perseverant esse quamdiu sunt, quo faciente de nihilo habent esse, quod sunt.

Secundò: accedit et Ethnicorum Philosophorum suffragium; sic n. senserunt Platonici, ut recte extendit Marsilius Ficinus lib. 2. de Theologia Platonica cap. 1. Voluerunt n. mundum semper à Deo fieri et pendere: sicut umbra pendet à corpore, et lumen à sole. Trismegistus in Asclepio, Deum vocat mentem conservatricem rerum omnium, in qua omnia sunt. Auctor Theologiæ sm Ægyptios cap. 19. Deum comparat centro, Quia ut ab illo lineæ fluunt, et in eo stant omnes, sic in Deo tanquam in Exemplari, tanquam Conditore, tanquam sustinente sunt omnia. Denique idem sentit Aristoteles lib. 2. de Coelo cap. 1. ubi ait, quod ab æterno et immortaliente pendet esse totum et vita; sed alijs obscurius, alijs perfectius.

Tertiò rationes etiam suppetunt Efficaces:

Prima est: Quia supremum Dei Dominium exigit, ut creatura dependentiam à Deo habeat quanta maxima potest excogitari; sed creatura multò magis pendet à Deo, si ab eo pendet non solum in fieri sed etiam in conservari; v.g. multò perfectius pendet lumen à sole, quam pendeat calor ab igne, quo creatura eget perpetua Dei conservatione.

2da ratio est; Quod est esse semper durat; sed dependentia
a Deo est essentiis creatae, ergo illa semper durat.
3tia ratio est; si non esset necesse conservari a Deo rem
semel creatam, esset impossibile ut Deus destrueret Angelos,
quia non potest illos corrumpere creando aliquid positivum,
illorum naturae repugnans, ut eam aboleat, cum non sint
formae affixae subiecto, ut per alios excludi queant, neque per
subtractionem concursus conservationi, qui supponitur nullus esse
necessarius: ergo Deus non potest illos destruere. Dicimus minus
creatam pendere a Deo, quam lumen pendeat a sole.
quam actus vitales ab anima, quod absurdum est.

Dices 2o: si res ipsae creatae non habent vires
intrinsecas, quibus se conservent in esse, tota duratio
rerum referenda erit in solam voluntatem divinam, non
a. in rerum nativam conditionem, neque poterit alia
reddi ratio cur lumen subtracta causa 2da statim
pereat, calor non statim pereat, nisi quia vult Deus
conservare calorem non lumen; quod idem verum erit
de anima bruti et de anima hominis.

R. Causam durationis rerum in esse, non esse refe-
rendam ad solam Dei voluntatem, sed ad ipsam earum
naturam, quae aliquando exigit conservari deficiente causa 2da,
donec adveniat contrarium, ut calor; aliquando exigit
conservari ut lumen. Ratio n. cur ~~[illegible]~~ pereat sta-
tim lumen subtracto corpore luminoso, est quia pendet
lumen a Deo et a corpore luminoso in conservari.
Ratio cur calor non statim pereat est; Quia ex sua

naa exigit conservari donec ingruat contrarium.

Dices 2do: si Deus calorem producens influxu conserva-
tivo, subducta caa producente, go debet calor semp durare.
pro Cont: si Caa producens nempe Ignis semper adesset
semp. illum conservaret; go si Deus vicem illius subit, debebit
semper illum conservare.

R Neg. quod Calor debeat durare semp, licet con-
servetur a Deo, Quia contrarium ingruens illum destruit; si
vo adret ignis, praevaleret illi contrario, ac proinde pstaret
integer calor, qui deficiente igne resistere non pot contrario.

6.

An rōe nāali ostendi poit Deum ēe?

R. affirmativè: pbr Sō: Impossibile ē quod aliquid causarit seipsum, gō qdqd factum ē ab alio factum ē: Jam sic. vel oīa entia facta sunt ab alio l. non; si non, gō dbt dari aliquod quod ē et tn ab alio factum non ē, gō ē ens à se, gō Deus, si oīa oīo entia facta sunt ab alio, gō dat ens pter oīa entia, sed implicat dari ens pter oīa entia; gō implicat oīa entia ēe ab alio facta, gō dbt ēe unum ens non factum, quod ē Deus.

Pbr rdo rōe S. Anselmi hoc mō: Id quo nihil melius excogitari pot ē à pte rei, atqui hoc ē Deus gō Deus ē. pbr M. si n. non ē à pte rei ē deterius lapide existente, gō non ē id, quo nihil melius excogitari pot; estq hoc argntm efficacissimum, si addat et probet, quod tale ens sit poibile et minimè implicatorium, nam im entia poibilia melius ē id quod actu ē, quam quod ēe pot; gō si poibile ē oīum optimum ens, necrio actu ē, Nam si actu non esset non eet oīum optimum contra supposoem. Quare ita in adversarium pervicacem argues; Non implicat existere oīum optm ens, gō existit. Cont. ē evidens. Quia si non existit non ē optm, sed quovis existente deterius. Antns onerat adversarium ut contradictionem ostendat, quod non poterit.

7.

An Continuum sit actu compositum ex ptibus l. potestate tantum?

℞ Esse actu compositum ex ptibus realiter dnctis.

Pbr 1o: Quia continuum ē divisibile in partes, gō l. in ptes quas hbt, l. quas non hbt; Non in partes quas non hbt gō in ptes quas hbt. pbr m. Quia divisio non pot fieri, nisi in ea quæ sunt. Et domus dividit in ligna, et lapides, qā hæc domui insunt, et non in corpus et aiam, qā hæc domui non ~~[illegible]~~ insunt. Item hō dividit in corpus et aiam qā hæc hōi insunt, et non in butyrum et Caseum, qā hæc hōi non insunt.

Pbr 2do: Partes qbs constat ~~[illegible]~~ continuum sunt inr se realiter dncta, gō continuum ē actu compositum ex illis. pbr ans 1o: Partes illæ anteq̄ continuentur et uniantur inr se, v.g. duæ aquæ sunt inr se dncta, gō et postquam continuativè inr se uniuntur, st dncta. pbr Cont. Quia unio non mutat actualem essiam, quod liquet in corpore et aia, neq̄ divisio ē dnctio, sed ē separatio rerum dnctarum. pbr ans 2do: Pars una Continui non ē altera, nam manus non ē brachium, gō st dncta; Item una pars pot quiescere, altera eod. tpre moveri; una interit altera non interit, una ē in uno loco, altera in alio, gō sunt res realiter dncta, Quia ead. res non pot simul moveri, et non moveri, simul ēe, et non ēe &c. pbr ans 3tio: Quorum unum producit alterum, sunt realiter dncta; atqui una pars continui v.g. Ignis producit aliam sibi continuam p propagaoem in maa continua, gō una pars continui ē realiter dncta ab alia.

Confir: Creet Deus continuum aliquod continuo tpre, go creat aliquid toto tpre, go diso tpre disum, atqui hoc sunt ptes disa, go. Neq video quid hic prætendere velint aut point qui dicunt ptes Continui non ee actu sed poa tm in continuo ductas, nisi velint qstaem de nore facere, et illud vocare actu ductum, quod e actu separatum, et non unitum. Verum hoc e abuti vocibus, aliud n. e unum, aliud unitum. Aia nra cum corpore e unita, sed non ideo e cum illo quid unum et inductm, aliud item e ductm aliud separatum. Nam Aia nra in hac mortali vita e a corpore ducta, non tn separata, go.

Dices: Illa non st actu ducta, quæ st actu unum atqui partes continui non sunt actu unum; tum qa alias non facerent continuum, sed tm contiguum; tum qa nullo modo dnguum: Non spee, partes n. continui saltem homo, genea sunt similes, et eiusd. rois inr se, nec ch dnguni numero, Quia nurus et ductio numerica seqr ad divisoem qntitis, sed in continuo non e divisio qntitis et ptium, go.

R. Partes Continui ee qdm actu unum unitte continuaois, non tn unitte Identitis, adeoq adhuc ee realir plures et ductas. Ad alterum R: partes Continui ee a seinvicem ductas nuro, non qdm pfo et totali, sed impfo et partiali. cum vo addir nurum sequi ad divisoem Quantitis, verum solummo e de nuro pfo et totali. —

8.

De Vnitate Mundi.

Certum ē 1o: Multas à Phlis excogitatas ēe Mundi Divisiones. 1o n. dividit in Intellectualem Coelestem et Sublunarem: Intuales componūt ex Deo et Intelligijs: Coelestem componunt corpora coelestia et sydera: Sublunarem, Elementa et mixta. 2do dividit à Platone in Intelligibilem et sensibilem: Intelligibilis ē ipse Deus verbum infinitum, quo Deus oīa dicit diabilia sibi: sensibilis omnia complectit creata. 3tio dividit in Arhetypum, Angelicum et Elementarem. Arhetypus ē sempiterna ratio qua factus ē à Deo Mundus, seu Idea rerum oīum factibilium in mente Dei residens, aut potius ipsa Dei mens, ex qua et sm quam formata sunt oīa: Angelicus constat ex triplici Spirituum Hierarchia: Elementaris constat ex Elementis, et Coelo, quod et Elementum appellat ab Aristotele.

Certum ē 2do: Maales Mundi partes et essles ēe Coelum et corpora simplicia; mixta vō et Angelos et ēe partes solum integrales, ptinentes ad Mundi pfoem et integritem, non ad eius essiam.

Certum ē 3tio: Formam Mundi ppriam non ēe aiam quandam coem, quae per oēs mundi partes infusa vitam oībus tribuat; sed ēe congruam disposoem, quae consistit in praecipuis eius partibus. De Aia n. hac magna et monstruosa, quae totum mundum velut magnum aliquod informat ac vita repleat, vetus Phlorum fuit ~~error~~ error;

Etiam ante Arlem ut ostendunt Eusebius lib. 2. Praeparationis et Teodoretus lib. 4. contra Graecos. imo Plutarchus lib. de placitis vastum hoc animal sic instituit; stellas ei velut oculos datas esse: solem illius Cor, quam diffundit ex se calorem et lucem, sicut in nobis cor diffundit spiritum et sanguinem: terra et Mare sunt venter et vesica; luna inter solem et terram est veluti Jecur inter Cor et ventrem. Verum ad hoc animal quotquot adestis, spectatum admissi risum teneatis Amici.

Certum est quoque 4to: Plures est veteribus Philosophis negasse unum tantum esse Mundum; ut testantur Ambrosius lib. 1. Examer. et Theodoretus lib. de Mundo et Mundo; sicut Heraclides Pythagoreus, singulas stellas, singulos esse dicebat Mundos: Democritus dicebat illos esse innumerabiles. Notum est illachrymasse Alexandrum Magnum audito Anaxarcho, qui de pluralitate Mundorum disserebat. Eand. insaniam secuti sunt Manichaei.

Certum tamen est 5to: Quod asserere plures Mundos, omnino pugnet cum decretis fidei, sic n. habetur ex Evangelio: Praedicate Evangelium omni creaturae; non praedicarunt a. Apostoli extra hunc Mundum quod nullus est alius mundus ubi sint creaturae rationales. Deinde Actor. 6. dicit S. Paulus: quod ex uno fecit Deus omne genus hominum, quod si ex uno Adamo nati sunt omnes homines, nullus praeter ipsum est mundus. # ipse Deus et ea quae Dei sunt.

Certum denique est. Etiam ipsos Philosophos Ethnicos mundi pulchritudinem et dignitatem fuisse vehementer miratos; Unde Pythagoras lyram appellat Mundum, et plectrum suavissimum; Philo templum Deo sacrum. Alii tabulam, in qua Deitas adumbrata est: librum cunctis gentibus expositum, in quo legi # Praeconem et testem Deitatis, Thronum Dei in quo sedeat homo adorans Deum supremum papem

9.

Quare Deus non benedixit operibus diei 2da sicut tamen operibus diei 3ma, 4tra etc. legitur benedixisse.

Pro Intelligentia huius quaestionis observa Genes. 1. postquam Deus legitur 1a die produxisse lucem, addi vidisse Deum quod lux esset bona, per quae verba iuxta sacrae scripturae interpretes censetur Deus quasi approbasse lucem, sicque illi benedixisse. cumque similia verba non ponantur in eod. cap. ad productionem operum diei 2da et tamen repetantur dicta in aliis diebus sequentibus; hinc iam quaeritur quare non benedixerit operibus diei 2da.

Respondent aliqui 1o: Deum non benedixisse operibus diei 2da, quia numerus binarius, qui convenit 2da diei infamis est, eo quod primus sit qui recedit ab unitate. Sed Contra est:

1o Quia sic magis infames essent omnes numeri sequentes cum magis recedant ab unitate. Contra est:

2do: Quia iste numerus commendatur in S. Scriptura Lucae 10. ubi dicitur quod destinaverit Christus discipulos suos binos et binos ante faciem suam. et Matth. 21. dicitur quod in duobus mandatis tota lex pendeat, et ~~[illegible]~~ Prophetae. Quare

Respondent aliqui 2do: Deum non benedixisse operibus diei 2da ea de causa, quod Angeli illa die ceciderint per peccatum; Sed Contra et hoc falsum esse docet Tostatus; Nam ut ipse ait: Angeli post primum instans sui esse per primum actum, electivum ceciderunt in peccatum, et in poenam, Nam secundum quod volunt omnes Doctores, et secundum conditionem naturae Angelorum Angelus per primum actum electivum, cuicumque inhaeret, totaliter inhaeret, ideo in primo actu, confirmatur, vel obstinatur, sed non est verisimile, quod in toto die primo suae

creationis, nullum actum volitivum habuerit eligendo, Quia substantia Illiva non est tanto tempore otiosa, Ideo dicendum est quod inter creationem Angeli et Occasum suum non intercesserit perceptibile tempus, quod in prima die ceciderunt. Item dato quod in 2da die cecidissent Angeli, Non impediebat hoc, quod Deus benediceret creaturas suas, nisi forte dicamus, quod Deus de casu Angelorum iratus, in illa die benedicere noluerit. Sed hoc absit; Quia in Deo ponere talia, nefandum est; Nec Quia sicut Deus dicitur laetari cum miseretur, ita etiam dicitur laetari cum iustè punit, cum utrumque sit ad honorem suum, et pulchritudinem universi. Ita Tostatus.

Quare melius:

R. Quod non approbaverit, l. benedixerit Deus facta in die 2do, Quia benedictio datur rei completae in 2do a. die licet firmamentum Coeli creatum fuerit, Quia tamen memorantur aquae Coelestes divisae ab Elementalibus, et Elementales nondum fuerunt in Maria et fluviorum alveos ductae usque ad 3tium diem, in quo opus utriusque diei una benedictione, l. approbatione benedictum fuit. licet a. in 3tia die ponantur duae approbationes, seu benedictiones, tamen 2da refertur ad aliud opus, nempe ad productionem Arborum, Ideo in prima approbatione de congregatione aquarum simul benedicitur firmamentum.

10

An Sabbatum fuerit observatum in Lege Naturae?

Ratio dubitandi est; Quia cum Sabbatum fuerit a Deo sanctificatum in primordio rerum, hinc videtur fuisse observatum, ab hominibus in lege naturae: Nihilominus

R. Neg. Ratio est Quia Deus non dedit istud praeceptum de observatione Sabbati a principio, sed postea per Moysen datum est, praeterea per Deum loquentem super montem Sinai in datione legis Cum autem dicitur quod Deus sanctificaverit ipsum, non refertur ad tempus illud, quasi tunc applicari fecerit ad cultum suum, sed ad tempus quo Moyses ista scripsit, quod fuit in deserto, et sic Moyses intendebat dicere, quod Deus istum diem sanctificarit Israelitis ut se ad eius cultum applicarent. Ita Tostatus.

Confirmatur: Quia a principio non erat necesse dare tale mandatum quia hoc est ut homines vacent a laboribus, et intendant divinae contemplationi in illis diebus, quod facere non possunt in diebus non vacativis, in prima autem aetate erat quasi continua quies, modicum nihil laboribus intendebant, pro quibus nunc quotidianus labor est, et quia ea quae in cibos sumebant, ipsa natura propinabat.

Nec obstat si obiciatur, quod in sudore vultus tui vesceris pane tuo; Quia hoc magis convenit posteris, quam primis hominibus, nec etiam si dicatur, quod Cain erat vir Agricola, ut habetur 4. cap. Genes. Quia hoc erat magis ad aliquod exercitium, quam ad necessitatem. Et hoc teste Tostato volunt omnes Doctores. poterant quoque isti in tam continua quiete Deum contemplari, nec aliquo speciali die ad hoc indigebant, postea vero ubi terra diluvijs confusa est, vix magnis quotidianisque laboribus cibos gentibus ad sufficientiam conferre, cum quoque non possint quotidie convocari, conveniens fuit unam diem assignari.

Confr 2do: Quia si hoc praeceptum datum fuisset à principio Conditionis hnae, oes hoies naalir ad hoc fuissent obligati, cum non eet datum specialir alicui populo, sed cunctis. cum go aliae gentes non servassent hoc preceptum, peccassent oes mortalir; atqui hoc e falsum, Quia dr quod oes antiqui gentiles, ante Evangelium promulgatum, poterant salvari in solis preceptis Juris naalis, scil. Deum verum diligere super se, et pxo non nocere, id e, neq affectivè, neq effectivè, in qbs e totus Decalogus ut p Matth. 22. et sic multi dicunt aliquos Phlos ee salvatos, ut Socratem, Platonem et alios, qui tn sabbata non custodierunt.

Confr 3tio: Quia si istud preceptum fuisset datum à principio Condiois hnae, dato, quod aliae gentes non custodivissent illud, tn Abraham et Posteri eius custodivissent illud, Quia Sancti viri erant, et hoc dato assuefacti eent ad Custodiam Sabbati, et sic non oportuisset replicari in datione legis.

Neq dicas: Quod in datione legis illud praeceptum poni debebat, ut alia Moralia, quae naalir obligabant et tn ~~in~~ in lege posita fuerunt à Deo. Nam

℞ Non ee simile; Quia illa licet naalir obligarent, tn nunqs fuerant dato, praeceptum a. de sabbato sm oppositam sentiam iam datum erat.

11.

Quare DEus creaverit Paradysum Terrestrem?

℞ Propter Conditionem hominis quem DEus ibi ponere valebat, creaverat n. DEus hominem et bestias, bestias quidem infra hominis dignitatem, quibus hanc terram possedendam dederat, hominem vero Divinae cognitionis participem, ac per hoc cuiusdam divinae dignitatis, Ideo sicut naturam sublimior, ita et in loco excellentiori manere debebat. praefecerat quippe DEus hominem omnibus rebus a se creatis tanquam principem, naturae suae, iuxta illud Genes. 1. faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram, et praesit piscibus maris, et volatilibus Coeli, et bestijs terrae, omnique reptili quod movetur in terra. Erat igitur homo sicut Rex super ea, quae DEus creaverat, sed Rex in regno suo habet habitationem longe illustriorem habitationibus subditorum suorum, debuit ergo dari homini aliquis locus multo excellentior, quam terra ista, in qua bestiae mansurae erant, et iste locus erat Paradysus.

Confirmatur: Quia DEus ita creaverat hominem, ut potuisset ille, si voluisset vitam felicem agere, quam felicitatis capax erat. ad felicitatem a. requiritur praesentia omnium bonorum, et absentia omnium malorum, sive eorum quae contristare possunt. debuit ergo dari aliquis locus, in quo homini viventi in corpore, talia accidere possent, nempe ut omne bonum adesset, et omne malum abesset, talis a. est Paradysus et nullus alius locus in terra hoc habens invenitur, ergo Paradysus debuit creari. Consentit nobiscum S. Damascenus lib. 2. sent. suarum dicens: Quia vero ex visibili et invisibili creatione conditurus erat DEus hominem secundum suam imaginem et similitudinem,

sicut quendam Regem et pnpem oīs terrae, et oīum
quae sunt in ipsa, construxit quandam regionem, in qua
conversatus beatam duceret vitam, et hic locus Divinus, ē
Paradysus Dei manibus in Eden, id ē in deliciis et voluptate
plantatus in oriente, qdm oī terra excelsior, poenitus
temperato, et tenuisso aēre circumfulgens, plantis semp
floridis comatus, bono odore plenus, lumine repletus, ~~pulch~~
pulchritudis vrsae, gaudij et exultaōis promptuarium,
creāe sensibilis excedens illigiam, divina regio et digna ei
qui sm Dei imaginem erat, in qua nihil irrōalium hbtāt,
sed solus hō divinarum manuum plasma. Ita ille.

Hinc refellitur error quorundam, sequentium carmina Poetar.
qui insulas fortunatas Paradysum ēe dixerunt. Unde putabant
paradysum terrestrem ēe in parte Occidentali orbis, in qua
sunt illae Insulae fortunatae. Ista Inquam refutat error,
Quia ut refert Tostatus ex ~~Pli~~ Plinio lib. 14. Etymol.
istae Insulae sunt sitae ad levam Mauritaniae in occidente
et ductae inr se inrecto mari; atqui Paradysus ē in oriente,
gō istae Insulae non sūt paradysus. Item. Ad Paradysus non
ē accessus hoībus, cum Cherub custodiat lignum vitae ut p.
genes. 1. 2. Ad Insulas a. fortunatas fit quotidiana
navigatio, inr quas pcipua ē Canaria. Quare melius

R. Paradysum ēe situm terrestrem in pte orientali
orbis: pbr: Quia Genes. 2. testatur Script. Quod
quattuor flumina egrediantur de Paradyso, et noiat illa
(de his fluminibus infra plura dicent.) Fluxus a. oīum illorum
cognoscitur ēe in Asia ex Genes. 2. et Experiē docet eorum,
qui flumina viderunt, gō Paradysus ē in Asia quae ē Ori-
entalis pars orbis, et non in Europa, neq Affrica.

12.

An Paradysus terrestris sit altissimus situ?

R. affirmativè: Quia sm̄ Strabum et Rabanum attingit globum lunarem, sed non ē hoc ita absolutè intelligendum, ut vult Isidorus et Beda, sed quod altitudo Paradysi perveniat usq̄ ad extremitatem superiorem aëris turbidi, in quo fiunt impressiones Meteorologicæ et ille aër superior valde serenus ē, cum infra se oīa turbida heat, et ideo alterius complexionis valde distantis ē à complexione aëris nostri.

Ad istam altitudem aquæ diluvij non pervenerunt, tum qā alioquin destruerent aem̄ pulchritudem Paradysi; tum qā tpre diluvij iam Enoch translatus erat in Paradysum, quem aquæ diluvij interfecissent, quod non licebat. Nec valet si dicatur Genes. 7. quod aquæ diluvij excesserit quindecim cubitis sup oēs montes: Quia lij omnes, non distribuit vrtid semp in S. scriptura, vbi sæpissimè ponitur omnis pro valde multis. Aliqui tn̄ putant quod altitudo aquarum diluvij excesserit quindecim cubitis altitudem Paradysi, sed non sit illapsa in eum, sed steterit circumfusa, ut murus utrinq̄, sicut contigit in aquæ Maris rubri, transeunte Israelitico populo. Exod. cap. 14. Quod satis roāle putat Tostatus.

13.

An Paradysus pertingat usq ad globum lunarem simpliciter?

℞ Negative. Ratio est, Quia si Paradysus accederet ad lunarem globum, necesse esset, quod staret in media regione Ignis; sed hoc est planè inconveniens, quia in igne nihil vivere potest, quomodo ergo Elias et Enoch ibi vivunt? et quomodo voracitas Ignis non consumeret arbores Paradysi? Neq dicas illum ignem non comburere; falsum n. hoc est. quia omnis ignis calidus est, ut p. de illo igne in sua sphaera quia quomodo poet aliter aërem propinquum convertere in suam substantiam calefaciendo, et humiditatem aëream desiccando, ut vult tota naturalis sua. Ita Tostatus.

Neq dicas: per miraculum fieri quod ille Ignis non comburat, cum sit calidus; Nam contra est Quod Deus res conditas sic ministret, ut eas proprios motus agere sinat. ut ait August. sup. Genes. ad litteram; si ergo aliquando contra rerum inclinationes Deus volens operatus est; non tamen semper: ideo non est ponendum esse continuum et perpetuum miraculum. esset a hoc in Paradyso terrestri, si diceremus eum esse in regione Ignis.

Confirmatio: Quia hoc repugnat S. Scripturae dicti n. 3. cap. Genes. quod eiecerit Deus Adam et Evam de paradyso, et collocaverit ante Paradysum Cherubin et gladium flammeum ad custodiam ligni vitae. C. Nota per gladium flammeum hic nil aliud

illigi, quam aliquis Ignis Naalis ibi factus à Deo, et oriens de terra. sic dr de Monte Ethna, quod continuò ardeat, sigfatz a. Noie gladij, Quia ignis ascendens sursum in superiori parte acuitz ad modum gladij. Per Cherubin. a. illigir naa Angelica et ponitz ad custodiendam viam Quia ille ignis ē ante introitum Paradysi prohibens accessum hois ad ipsum.) si a. paradysus stetisset in media regione Ignis, ad quid collocasset Deus ibi gladium flammeum, qa ibi iam stabat ignis? certè si in igne fuisset Paradysus, non posuisset Deus custodiam, ppr lignum vitæ, Quia nullus homo per ignem intrare poet l. auderet.

Neq dicas, gladium flammeum ēe igneam regionem, in qua paradysus erat. Nam contra, hoc stare non pot: Quia ista gladius flammeus fuit positus post expulsionem primorum parentum de Paradyso, ut p. Genes. 3. sed post eiectionem eorum non fuit elevata illa terra ad altiorem locum, quam erat tpre Adæ, cum erat in paradyso, qd si à pnpio suæ creationis, l. formationis non fuit paradysus in medio regionis igneæ, nec post ē.

Confr rdo: Quia teste Tostato coir dr, quod in circuitu paradysi sit murus igneus pertingens usq ad Coelos, si a. in regione ignis cet paradysus, non cet ibi igneus murus sed totus locus intra cet igne plenus, nec daretz vacuitas.

Dicendum itaq ē Paradysum ēe in pnpio tertiæ regionis aereæ, quæ ē ultra medium interstitium, in quo fiunt impressiones Meteorologicæ, scil. pluvia, fulgura, grando, nix, cometæ &c.

14

An fluvius qui egreditur de Paradyso ad irrigandum eum dividatur in 4tuor capita fluvior. intra l. extra Paradysum?

R. satis rōabile videtur quod fons unus magnus sit in paradyso, qui immediatè in scaturigine sua p. aquarū abundia dividitur in 4tuor capita fluviorum, ut congruentius irrigent Paradysum quam si esset unus fluvius et deinde descendunt de montibus altissimis paradysi et tendunt labentes in varias regiones. fons a. ille dr fluvius, eo, quod tanta aqua simul de eo egrediantur, ut 4tuor faciant flumina.

Neq dicas; Quod Genes. 2. hēatur, quod fluvius egrediebatur de loco voluptis ad irrigandum paradysum, gō dum paradysus irrigatur fluvius ē, et non multa flumina. Nam ex dictis hoc facile solvitur: qa dr quod locus ille copiosissimis aquis veluti fluvius de loco voluptis erumpat.

Dices. S. Basilius in Examer. dicit, quod aqua fluant de loco paradysi efficientes magnum lacum, ex quo quattuor ista flumina dividuntur, gō intra paradysum non ē divisio aquarum in 4tuor flumina, sed extra modo.

Ad solutoēm huius dicendum ē exposoēm S. Basilij non militare adversus sentiam à nobis allatam; Quia dato quod cadant ista 4tuor flumina dicte de paradyso tn ad radices paradysi faciunt magnos lacus ~~fluvius~~ totam paradysi terram ambientes, ut ex nulla parte paradysus adibilis sit, et rursus ex illis lacubus in 4tor flumina dnguntur.

15.

Quæ sint illa quattuor flumina Paradysi?

R. Nomen unius fluvij ee Physon, sic dictus l. a fertilitate seu abundantia piscium, l. quia terram per quam transit fertilem facit. Physon n. in hebreo abundantiam sonat, l. fertilitatem, et iste fluvius aliter nominatur Ganges in India a Gangero rege; sicut dicitur Tiberis fluvius a Tiberino rege romanus, qui in eo suffocatus est, qui antea Albula fluvius dicebatur. Et est maxime inter omnia flumina Indiæ, habitus aliquando in latitudine quinquaginta stadia, in altitudine a viginti teste Tostato. Porro de hoc fluvio dicitur quod circumeat omnem terram Hevilath. est a Hevilath quædam provincia Indiæ in modum Insulæ, quæ ab isto flumine circumdatur, et est in parte septemptrionali Indiæ, et fuit ista terra ita nominata ab Hevila filio Jectan, nepote Heber ut 3 Genes. cap. 11. In isto flumine multum aurum invenitur, hoc n. generale est in tota India, quia in ea aurum et argentum multum invenitur: sunt n. in terra illa Chryse et Agyria Insulæ auro argetoque refectæ, in quibus montes aurei ee dicuntur, quos Gryphes et leones custodiunt, de quo Isidorus Etymol. 18. Et de terra ista deferebat aurum Classis Iran, et Salomonis et vocatur ista terra ibi Ophir de quo 3. Reg. cap. 9. in hoc a terra Hevilath excedit omnes alias provincias Indiæ, quia melius aurum in isto est, quam in omnibus alijs. Ibique inveniuntur Bedelium teste Script. Genes. 2. Bedelium a significat duo: uno modo significat arborem

aromaticam: alio mō sigfat lapidem pratiosum, et hic qdm non pot stare pro arbore, sed pro lapide, qā dr invenitz, scil. inr arenas littorales. si a. sumeretz pro arbore, diceretz nascitz l. crescit. inveniri a. pertinet ad ea quae abscondita sunt, ut lapis pratiosus, latet inr arenas, arbor a. latere non pot. Et Hebrei qdm legunt Cristallus; et hbt apparentiam, qā numeratz cum alio lapide; unde sequitz: Et lapis Onychinus: sic nominatus ppr similitudem quam hbt in colore cum ungue humano. Onix n. graece idem ē quod unguis latinè. dr gō hic lapis Onychinus ab onix, quod graecè unguem sigfat, Quia ad similitudinem unguis humani factus ē, hbns album admixtum rubeo, sicut unguis.

Nomen secundi fluvij ē Gehon, iste fluvius alio nomine Nilus á Nilon, quod ē limosum, vocatz, Quia tota aqua eius limosa, ē ideo terram multum foecundat. de hoc fluvio mox plura dicentz. ipse ē qui circuit omnem terram Aetiopiae, et inde descendit in aegyptum.

Nomen tertij fluvij ē Tigris, sic dictus á velocitate cursus; Tigris n. ē aial, velocissimum hbns cursum, ipse vadit contra Asirios. Asirij a. sunt in parte septentrionali terrae.

Nomen quarti fluvij ē Euphrates, iste fluvius habraicè Perath dr, id ē fructificatio qā loca per quae transit fructifera reddit; et

tacuit Moyses loca per quæ transibat Ephrates
quæ valdè nota erant habreis; transit n. per medium
Civitatis Babilonicæ, et per Chaldeam, quæ magis
propinqua est Judea, et per Mesopotamiam; in qua fuit
origo Judæorum: Quia ibi omnes duodecim filij Jacob
nati sunt, ut p. Genes. 30. et ibi habitavit Abraham
cum patre suo, ut p. Genes. 11 et Josua 24. Erant
n. Patres Judæorum, scil. Abraham, et præcedentes
de Chaldæa, ut p. Genes. 11 et 12. Quia Deus eduxit
Abraham de Vr Chaldæorum, et sic p. Judith. 5.
et transit per confinia terræ promissionis, ut p. Genes.
cap. 15. Semini tuo dabo terram hanc à flumine Ægypti
usque ad fluvium magnum Euphraten. hinc ait Lyranus
de cursu istius fluvij scriptura non facit mentionem,
quæ erat unus terminus terræ Israëlis, et ideo cursus eius
erat satis notus filijs Israelitis, quibus Moyses scribebat.
sed contra predicta videtur quod origines istorum flu-
viorum inveniuntur extra Paradysum, ab hominibus, et ideo non vi-
detur quod inde deriventur. Ad quod dicendum quod frequenter
visum est aliqua magna flumina absorberi in terra, quæ
currentia sub terra per magnum spatium, postea egrediuntur
alibi, et sic videntur ibi oriri, cum tamen prima origo ipsorum
sit ~~[illegible]~~ alibi. sic n. ponit Seneca lib. 5. de quæstion.
naturalib. de Alfeo flumine Sicilia, qui à terra absorbetur,
et deinde in gracia renascitur, quod patet. Quia si palea. l.
virga supernatantes in Sicilia iaciantur in Alfeum, in gracia
ubi oriri videtur ista invenientur. Dicendum ergo quod ista
quattuor flumina de paradyso primam originem habentia,
longo tractu terrarum frequentius absorbentur, deinde subterraneo
meatu labentia, ad aliam partem terræ noviter erumpere videntur.

16.

Vnde oriatur Nilus?

Nota licet prædicta quattuor flumina de Paradyso terrestri oriantur, tamen Tigris et Euphrates fontem Originis in Armenia hēre videntur. de Gange et aliquod manifestius signum videtur. de Nili a. origine nil habetur. Hinc de ortu huius fluminis dicit Seneca lib. 5. de naturalib: quæst. quod Nero Imperator miserit duos centuriones ad inquirendum caput Nili, et iverunt ad regem Æthiopiæ, qui eos cōmendavit alijs regibus, per quorum regna Nilus fluebat. Cumque multum ascendissent, venerunt ad quosdam Populos, apud quos erant magni lacus Nili herbosi, qui navigio transfretari non poterant, de quibus oēs desperabant se pōe ultra procedere, et nec ipsi Incolæ terræ sciebant, utrum lacus illi ibi inciperent, l. aliunde in eos aqua defluerent; viderunt tamen in aqua duas petras magnas ēe, apud quas fortius aqua ebulliebat, hoc a. comperto reversi sunt.

Dicendum quod ē, quod illi lacus quos Centuriones viderunt, sint loca in quibus Nilus à terra absorptus erumpit; multoties n. à terra absorbetur, et rursus novis terrarum locis manare videtur. ita Tostatus.

17.

Cur in æstate aqua Nili abundet, et in hyeme deficiat?

Thales Milesius unus de septem sapientibus dixit, quod venti qui quolibet Anno accidebant illo tempore impellebant aquas de una parte ad aliam, et videbatur aqua in maiori quantitate licet non esset veritatem.

Melius Artes dixit quod in alveo fluminis sunt fontes latentes, qui in hyeme clausi sunt, in æstate a. aperiuntur, et faciunt fluvium intumescere.

18.

Quo Loco extra Paradysum productus sit adam?

R. Etsi de hac re nihil habeamus in script. cons. tn. traditio est, productum esse in Campo Damasceno, apud civitatem Hebron, et in hac civitate nondum fabricata, vixit adam et sepultus fuit, ut p. Josuæ 14. dicitur a. locus iste octo leucis ab Hierusalem, in quo loco et abraham cum Sarâ, Isaac cum rebecca, Jacob cum Lia, sepulti sunt, ut p. Genes. 49. et Ideo dicitur civitas quattuor virorum, quia isti quattuor Patriarchæ ibi sepulti sunt.

19.

An Adam fuerit creatus perfectus perfectione Intellivae?

R. Affirmive. Probatur ex Nicolao de Lyra: Quia res in creatione Mundi non solum erant perfecte instituendae in se ipsis, sed etiam ut principia sequentium. homo autem non solum est principium aliorum hominum per generationem, sed etiam quantum ad instructionem, in quantum discipulus ad perfectionem scientiae deducitur per Doctorem. et ideo sicut in 3a productione rerum Deus produxit alias species perfectas, ut nempe potentes similia producere ex suis seminibus, ita formavit hominem perfectum, non solum quantum ad corpus, ut statim potentem generare, sed etiam quantum ad Animam in scientia ad quam potest naturaliter pertingere ut statim poterit docere. Illa autem ad quorum cognitionem potest attingere virtute naturali sunt omnia illa quae naturaliter continentur in terminis principiis per se notis, de quibus Intellectus possibilis in actum reduci virtute Intellectus agentis: et quia homo in statu Innocentiae ordinabatur ad finem supernaturalem, ideo etiam tunc de supernaturalibus cognitionem habuit, quantum pertinebat ad statum illum.

Probatur 2do Postulatus. Quemadmodum enim in 3a rerum productione bruta animalia, in qualibet potentia quae habebant creata fuerunt perfecta, ita etiam homo debebat formari perfectus in qualibet potentia; sed Intellectus est potentia nobilior in homine, quod etiam in illa perfectus fuit a formatione. alias homo cunctis animalibus infelicior esset; Intellectus autem perficitur cum sua potentialitas reducitur ad actum: est autem naturaliter Intellectus in potentia ad ea quorum principia in actu habet, scil ad omnia entia naturalia; ad supernaturalia autem non est homo in potentia naturaliter, sed solum quando Deus dat illi aliquid capacitatem ~~eorum~~ eorum ex gratia. Oportet quod necessario dicere, quod Adam cognoverit omnia naturalia; scil omnia corpora mutabilia cum suis proprietatibus; et sic omnem philosophiam, Astrologiam, et coeteras Mathematicas perfecte cognovit. fuit quod Adam perfectus perfectione Intellectiva, tam ad se, quam etiam ad alios.

20.

An Adam fuerit sapientior Salomone?

R. Pro. Adam fuit plenus scientia hominis, quae naturaliter haberi potest.
Probatur Pro. ex dictis in praecedenti quaestione allatis.
Probatur 2do: Ex illo Ecclesiast. 17. Disciplina illius imple-
vit illos creavit illis scientiam spiritus, sensu implevit cor illorum.
Probatur 3tio: Quia Adam imposuit singulis animalibus accommodata
nomina; ergo singulorum naturam, et proprietates cognoscebat.
R. Adam superavit omnes mortales in rerum cognitione, et scientia
excepto Christo, ita Becanus.
Probatur Pro: Quia data est illi scientia ut esset Magister, et Guber-
nator omnium aliorum, ergo debebat omnibus aliis esse doctior.
Probatur 2do: Quia status innocentiae erat perfectior, quam status
naturae lapsae; ergo scientia Adami in statu innocentiae fuit perfectior,
quam nostra in statu naturae lapsae.
Dices: Salomon fuit perfectior omnibus hominibus, Quia 3. Reg. 3.
dicit Deus ad Salomonem: Dedi tibi cor sapiens et intelligens
in tantum, ut nullus ante te tibi similis fuerit, nec post
te surrecturus sit.
R. Quod dicitur Nullus, non semper distribuat ultra in S. Script.
et per manifeste. Quia apostoli sapientiores fuerunt Salomone.
Pro tamen Salomon tribus modis dici sapientior aliis: Pro si conferatur
cum illis qui proprio studio et labore scientiam acquisiverunt. 2do:
si comparatur cum regibus qui vel ante, vel post illum fuerunt in
Hierusalem iuxta illud Eccles. 2. praecessi omnes sapientia qui fu-
erunt ante me in Hierusalem. 3tio: si sermo sit non quidem
de scientia rerum naturalium, sed de potentia regendi populum, quam spe-
ciatim a Deo petiverat, et erat illi magis necessaria, quam
scientia rerum naturalium.

21.

In quo consistit illa pcellentia scia Adae?

R. Consistere in multis: 1o in ipso habitu qui fuit pfectissime adamo infusus à Deo cum speciebus intelligibilibus. 2do: In actu et exercitio, qa commodius uti poterat scia quam nos, cum nullam haberet inordinatam affectoem, aut impedimentum corporis, quale nos habemus; iuxta illud Sap. 9. corpus quod corrumpitur aggravat aram. 3tio: In amplitudine qa sciebat oes res naales, quae ab hoie cognosci pnt, quod nobis concessum non e, Quia l. non vivimus tanto tempore, ut poimus acquirere oium naalium rerum sciam l. non applicamus animum ob alias excusationes. 4to: In modo sciendi, Quia ille sciebat per pprias causas, nos saepe per effus tantum. 5to: In firmitate; Quia ille non poterat amittere sciam, quam nos saepe amittimus, vel ppr longam cessationem ab exercitio, l. ppr laesionem phantasiae per morbum, l. ppr fallacem ratiocinationem, l. deceptionem, Quae in statu Innocentiae locum non habebant. Ita Becanus.

22.

Quare Dñus Deus abstracturus costam adamo, et facturus illi simile immiserit soporem in illum?

Rad. quaerendi est; Quia Genes. 2. dicit: Adae vero non inveniebatur adiutor similis eius, immisit ergo Dñus Deus soporem in Adam, cumque obdormisset, tulit unam de costis, et replevit carnem pro ea.

R. 1o: Sopor iste l. somnus non fuit ex causa naturali. Rad. est, Quia somnus solet accidere l. ex labore l. ex repletione cibi et potus, ut non possit repletis venis ascendere spiritus motivus, multiplicatus de corde per venas ad cerebrum, et tunc membra cessant a motu et sensu. l. ex magno frigore l. ex tenebris; ista n. faciunt dormire, et aliquando morbi ut lethargia. Nihil a horum erat adhuc in Adam, ut patet intuenti, Quia nondum comederat, cum esset hoc parum post suam formationem, non et laboraverat, non erat in tenebris, nec frigore l. morbo; et hoc significat littera cum dicit: immisit Dñus soporem, scil. supernaturalis; et hoc ut de lattere viri dormientis sumeretur costa ex qua fieret Mulier.

R. 2do: Nec fuit hic somnus a Deo causatus, ut Adam non sentiret dolorem per abstractionem costae. Rad. est, quia nullus dolor fuit in abstrahendo, Nam dabo quod Adam non dormiret, adhuc non sensisset dolorem, quia hoc supernaturalis fiebat. Confirmatur: Quia si dolor esset ee deberet in abstractione costae, sicut nunc in aliquo homine esset abstrahendo unam costam, nullus somnus tam validus esset, et in multum lethargicis, qui faceret non sentire.

R. 3tio: Contigit ergo hic sopor Adamo, ut Adam esset figura Christi, de cuius latere in cruce dormientis sponsa sua Ecclesia formaretur recipiendo Sacramenta redemptionis et ablutionis

in sanguine et aqua; quã per sanguinem facta ẽ redemptio, et in aqua sacrnta ablutiva, ut Baptismus, sumpserunt exordium. Vnde quaedam glossa ait: Dormit Adam ut fiat Eva, moritur Chrus ut fiat Ecclia. dormiente adã fit Eva de latere, mortuo Chrõ, lanceã percutitur latus ut profluant sacrnta, qbus formatur Ecclia.

Porro cum Deus unam de Costis Adami soporati tulisset erat Adam raptus in ~~Ecsthasi~~ Ecsthasi, scil. non utens sensibus, magis abstractus, quam dormiens: Et dicunt aliqui eum inrfuisse curiae supernorum, vidisse multa, mirabilia, et magna, et prophetasse de diluvio, multisq; alijs, et interim costa ablata ẽ.

23.

Cur Mulier format fuerit de Costa?

R. valde convenienter factu ẽe, quod Mulier ex costa, seu latere viri facta ẽ. Pbr Po: Quia voluit Deus ostendere Mulierem ẽe sociam viri, non a Dominam, l. Ancillam, rectè igr facta ẽ ex latere viri, ut agnoscat se ẽe sociam. Non a ex capite, ne putet se ẽe Dominam; Nec idem ex pedibus ne putet se ẽe contemptam. 2do: Quia voluit sigfare Deus Mulierem ẽe debere sub tutela et protectione viri, sicut Costa sub brachijs protegitur. 3tio: Voluit praefigurare Ecclam, quae nata ẽ ex latere Chri, sicut Eva ex latere Adae.

Nota: Solet hic ct quaeri ex quo latere formata sit Eva, dextro an sinistro: Coniectant a viri docti ex sinistro, in quod vergit Cor, ppr summum amorem, qui inr eos ẽe debet.

24.

Qualis arbor fuerit lignum vitæ; et quare â Deo fuerit positum in paradyso?

℞ Pro Lignum vitæ erat talis Arbor cuius fructus l. semel degustatus vitam hominis ad plures centenos annos prorogasset, idq; vi naturali â Deo insitâ; reddebat insuper hominem sanum â morbis et languore, â tristia et melancholia immunem &c.

℞ 2do. Causa fuit hæc quod positum sit in paradyso; Quia cum quodlibet animal sit vegetabile, indiget cibo ad continuandam vitam animalem; est n. vita animalis in Harmonia calidi naturalis, et humidi radicalis; et cum quotidie humidum corrumpatur â calido, nisi restauretur per quotidianos cibos et potus, cito animal moreretur desiccato humido radicali; assumitur ergo humidum radicale; cibale; et quia istud humidum cibale quod vertitur in substantiam per digestionem et incorporationem, non est ita purum, sicut caro generata in utero materno ex spermate et sanguine, et tamen quotidie aliquid dependatur de illa carne et generetur alia, et alia minus pura, minusq; conveniens ad vitam, hinc ne tanta deperditio puræ carnis fieret in corpore hominis, datum fuit lignum vitæ, quod habebat virtutem reducendi ad puritatem carnis primæ totam carnem alimentalem, si quis ergo semel comedisset de fructu illius arboris, reducebatur omnis caro alimentalis ad puritatem, quæ magno tempore durabat, deinde incipiente fieri impuritate carnis per cibos alios, si iterum sumeret cibus illius arboris, reducebatur iterum corpus ad pristinam puritatem et sic frequenter sumendo duraret homo in æternum durante arbore vitæ. Si tamen comedisset homo semel de illa arbore et postea erectus de paradyso, non durasset in æternum, sed ad valde magnum tempus. Unde de necessitate huius arboris ita loquitur S. Augustinus lib. 14 de civit. Dei: Quod cibus aderat homini ne sit esuriret, potus ne sitiret, lignum vitæ ne illum senectus dissolveret.

25.

An Primi Parentes, anteq̃ comedebant Lignum scīæ boni et mali habuerint usum rationis?

Nota: Josephus dicit quod primi Parentes fuerint adhuc ut parvuli carentes usu rationis, et ideo non erubuerint de sua nuditate: sic n. et pueri faciunt; et quod arbor scīæ boni et mali acceleraverit, et acuerit usum rationis, et quod gustantes de fructu illius ligni, inceperint habere usum rectæ rōis, erubescentes de sua nuditate.

R affirmative; Pbr 1o: Quia lex non datur nisi capacibus, scil. habentibus pfum rōis; sed Deus dederat legem de comedendo, et non comedendo fructus arboris scīæ boni et mali, gō hbbant usum rationis.

Pbr 2do: Quia hō et oīa alia opera Dei pfa creata sunt; gō in sapientia completa, sicut in qntitate pfa et robore et pōe generandi.

Pbr 3tio: si non habuissent usum rectæ raōis, non potuissent peccare; sed peccaverunt primi Parentes eligendo cōmedere de fructu ligni vetiti antq̃ actualiter comederent, vel incipientes comedere antq̃ fructus ille naāliter aliquid operaret; gō ante esum ligni habebant usum rationis, alias Deus non videret iustè eos punire.

Pbr dnus 4to: Quia Adam ante hoc imposuit noīa oībus aīalibus terræ, et volatilibus, ut p. ex script. sed hoc non fit nisi ex multa sapientia; gō iam habebat Adam completum usum rationis.

Brevis descriptio illorum duodecim lapidum ex quibus exedificata ē Civitas illa perfecti decoris Coelestis Jerusalem Quondam ostensa in visione D. Joanni Evangelistae Apocal. 21. Ipsa a. Civitas erat Aurum Mundū sile vitro mundo. Quo indicantur excellentia, Nobilitas pulchritudo, Amoenitas, voluptas Coelestis palatij; puritas item Conscia, Castitas Corporis, Nitor Animi, distinctio Meritorum grāa et gloria cuiusq̄ sancti; simul et clara intuitio ac visio tum Dei tum aliorū seu sanctorū seu Angelorū.

1m. Fundamentum et imum ē Jaspis, gēma Antiquissima et firmissima, viridis ut plurimum s. maculas habens rubeas, caruleas et albas. Vim habet stomachum firmandi, sanguinem sistendi, febres hydropes Calculos Epilepsiam arcendi. Symbolum ē fidei firmae stabilis semperq̄ virentis in Apto Petro eiusq̄ successoribus: et Omnipotentiae sapientiae et bonitatis divinae in productione et Conservatione tam variarum creaturarum, de qua ē primus Artlus symboli apostolici.

2m. Fundamentum Jaspidi superpositum ē Saphirus, Coloris Coeruleī purissimi ultramarini qualem videmus in lapide Lazulo, et Coelo planè

sereno. vim hbt Corroborandi Cor visum acuendi, Melancholiam et quartanam pellendi. Symbolum ē Coelestis spei et fiduciae qua pcelluit Aplus Andreas et divinitatis, divinaeq generationis verbi ex patre Coelesti, de qua ē rdus symboli Artlus.

3m. Fundamentum Sapphiro superpositum ē. Calcedonius. prope Calcedonem Constantinopoli ex altera Bosphori parte obiacentem in littorū saxis et scopulis innascitur gemma, speēm hbns et colorem Carbunculi seu Carbonis ardentis qui alio noīe pruna ignita l. pyropus dr ie. ignis faciem hbns. In rationali Pontificis Exod. 28. vers. 18. (unde has gemmas mutuatus ē S. Joannes) pro Calcedonio ponitur Carbunculus. Igne non calescit, in tenebris lucet, et splendescit magis interius quam exterius inqt S. Augustin. et Isidorus. Primum candicat (unde Adamantem vocat Alcazar.) dein paulatim maturescens ruborem contrahit teste Anselmo Boëtio: et tunc rubinus vocatur, et ballassius rubinus si pspicuus ac pellucidus fuerit. Symbolum ardentis Charitis in Aplo Jacobo Zebedei, sed magis in Chro in quo Ignis divinitis unitur gemmae hnitis inqt S. Justinus, Cyrillus. et hic ē tertius symboli Artlus in Concilio mgno

Chalcedonensi contra Eutichen et Nestorium ab orto-
doxis stabilitus.

4m. Fundamentum ē Smaragdus teste Theo-
phrasto, Jaspidis virentis proles, virore suo purissimum
oleum referens herbas superans, aërem et alia vicina
imbuens; luce vō ac splendore speēm fulguris repr̄sen-
tans. Visum mirè recreat: specula lucidissima reddit
In æreis fodinis reperitz, sapore amarg et acerbg,
teste Epiphanio, sz durg et invulnerabilis. Quæ oīa
S. Joanni tonitrui filio, seu fulmini ꝑpetua virginitē
virenti oleo tribulationis simul et fraternæ Charitis
lucenti speculo tersissimo sanctitis, patientiæ et Con-
stantiæ, si placet adaptes, sz longē aptig Chrō
patienti et morienti.

5m. Fundamentum ē Sardonyx ꝑstantissa
spēes Onychis ut nōiatz in rationali Pontificis; for-
mam et colorem hbt Unguis hni; dig Sardonyx
qa rubescit ut Sardig, candescit ut Onyx, teste
n. Plinio Solino et Isidoro, triplici colore constat
in triplici q̄si Circulo: Nam in infima parte niger
ē, in media albus in summa ruber. Si oculis
admoveatz educit Noxios humores inqt Andreas
Baccus. Addit ~~Rucus~~ Rucus, reprimere Animi
tumorem et fastum: alij Conciliare lætitiam,

et hilaritatem; Hæc facilè accomodabis pas-
sioni, Candori, vigori et alacritati Philippi Apli,
et cumprimis Chri ad inferos descendentis, fastum
Dæmonum comprimentis, Patres vo in limbo læti-
ficantis et exhilarantis.

6m. Fundamentum ē Sardius Plinio
Solino et alijs Sarda à Sardinia sic dictus, quod
ibi laudatissimus reperiatur, inqt Anselmus Boetius;
licet alij à Sarda Pisce dictum putent, quod
colorem huius referat, qui carnem hnam refert,
unde vulgò Carnerina et corrupte Cornerina
vocatur. Nonnulli (ut Indici et Mares) valde
fulgent: generantur in Corde saxi: nullam habent
maculam l. vaporem qui ipsorum splendorem he-
betet aut offuscet inqt Plinius et Alcazar.
Idem lapis vulneribus ferro inflictis et tumo-
ribus medetur inqt Epiphanius: Sanguinem unde-
cunq fluentem mirabiliter sistit ait Boetius
gaudium accendit si Abulensi credimus: terrorem
feris incutit si Aretæ fidem habemus. Quæ in
S. Bartholomæum Aplum iam excoriatum, sz
magis in Chrum ab inferis et morte resurgentem
(quem alcazar sextum facit symboli Artlm.)
optimè quadrant.

7m. Fundamentum ē Chrysolithus, id ē Aureus lapis, quod aureo sit colore, sz instar Crystalli pellucido, eoq tam ardente, ut aurum cum eo collatum albicare videatz inqt Plinius. Habraicē vocatz Tharsis ie. Marinus ut Coloris ita et naā solaris ē inquit Anselmus Boetius; valet contra Asthma et Pectoris Angustias, contra pusillanimitem Melancholiam, et timores Nocturnos, ut se expertum scribit Rueus Cardanus, et ex eo idem Boetius. Quae Evangelistae Matthaeo, et Chro ad dexteram Patris ascendenti comodē aptari possunt.

8m. Fundamentum ē Beryllus, aquae Marinae Colorem refert ex viridi Coeruleum inqt Boetius si aurei accedant radij Chrysoberyllus vocitatz. Coeterae gemmae venustiores sunt vestitae auro; Beryllus sine auro et nudus pulchrior ē inqt Plinius. inhibet Catharros in guttur et oculos defluentes: excitat pugnantes et animat ad pugnam teste Boetio. Quae S. Thomae Aplo vulnera Chri palpanti: et extremo Chri Judicio malis oībus medenti optimè conveniunt.

9m. Fundamentum ē Topazius dictus ab Insula Topazio ubi reperiri ait Plinius l. ab Habreo Paz id ē Auro, ē n. partim aurei Coloris, partim viridis, puta porracei, sive qualis

ē foliorum porri inqt Alcazar; radio solis
simillimus inqt Strabo: mirè splendens cum solis
radijs verberatur; Comprimit lunaticam passionem
phrenesin, Luxuriam, iram, tristitiam inqt ex
abulensi, Berchorio, vincentio et alijs Alcazar.
addit Rueus cohibere aquam ne igne ever,,
vescat, l. ebulliat. dnus S. Ambrosius si Topazium
inqt polire l. levigare velis, asperabis magis
cum ipse Nāa sua sit Euglyphus ie. optimæ
formæ bene sculptus et politus; Hæc in S.
~~Jo~~ Jacobum Minorem Aplum, sz oīum mxè
in spiritum sanctum quadrant.

10m. Fundamentum ē Chrysoprasus quod
aureum porrum sigfat, ē n. porracei seu viridis
coloris cum aureo splendore et aureis guttis in,,
spersus. à Topazio et Beryllo pellucidis gemis
hoc solo dnguir quod opacus sit teste Plinio.
aciem Oculorū roborat: Animum dilatat et
exhilarat, ideoq ex avaro et arcto facit libe,,
ralem ac iovialem, de quo vide Boetium.
possunt a. hæc accomodari S. Aplo Judæ Tha,,
dæo et sanctæ Ecclæ Catholicæ sponsæ spus
sti et Chri. In Rationali Pontificis pro
Chrysopraso hbs Achaten qui affinis ē
Chrysopraso.

11m. Fundamentum ē Hyacinthus

instar floris Hiacynthi cœruleus, violaceus, cœ-
lestis: cum Cœlo colorem mutat: Nam sudo Cœlo hila-
rescit et splendescit, nubilo fuscat, quasi lugens
et Moerens, inqt Solinus. Pesti et venenatis Morbis me-
det, Corpus roborat, somnum et lætitiam conciliat,
inqt Rueus et alij. Quæ S. Apto Simoni Cha-
nanæo, et Sacramento ac remissioni peccatorum propri-
issimè conveniunt. pro Hyacintho in rationali Pon-
tificis ponitur Ligurius; sed hunc eundem esse cum Hya-
cintho, rectè probat Cornelius à Lapide.

12m. Fundamentum est. Amethystus, ie. Non
inebrians, aut ut alij ebrietati resistens, ut hunc re-
sistere probat ex Arte Rueus. Coloris est vio-
lacei purpurei et rosei splendoris non ex toto
ignei, sed in vini ruborem deficientis inqt Plinius, qui
Gemmam Veneris vocat, quod Oculis adeo grata
accidat. Addit Boetius illam ustione albam reddi,
ut vix ab adamante secerni possit et à peritis Gem-
marijs. Vim attrahendi vicina habet instar succinorum,
vigilantes reddit ac prosperos et felices inqt Rueus.
Quæ cui inter Aptos aptius q. S. Matthiæ: inter Artlos
symboli aptius q. duodecimo Carnis resurrectioni et
vitæ æternæ accomodes. Maximè cum ut Sardius Mater
est Amethysti ita resurrectio Chri per Sardium adumbrata
causa et Origo sit nræ resurrectionis et gloriæ per Amethystum
designata.

Atq hæc de his dicta sufficiant, Non n. ē necesse singulas Gēmas singulis Aplis cum Ribera, aut singulis Artlis symboli cum Glossa et Alcazario scrupulosè applicare, cum oibq oia conveniant ut ex dictis facile colligitz.
Quomodo vō aptentz singulæ singulis duodecim Patriarchis, fusè demonstrant ijdem Alcazar, Ribera à Lapide Cornelij, et Alij.

Metaphysica.

Prooemium eiusdem.

Non iudicavi me aliquid scire nisi Jesum Christum, et hunc Crucifixum, ex S. Paulo. Christum crucifixum modo viti, modo vineæ, ac vinitori, aut Agricolæ et Hortulano in sacris litteris assimilari compertum est; Mihi præ alijs quæ Christum allegoricè præterea denotare possunt placet allegoria libri certe D. Bonaventuræ; Jesum Crucifixum bibliothecam suam appellavit; Et S. Bernardus hunc Metaphysicam suam prædicat; Hæc mihi inquit in ore frequenter, sicut ipsi scitis, hæc in corde meo semper sicut Deus scit, hæc stylo meo admodum familiaris, sicut apparet, hæc mea Philosophia sublimis, scire Jesum, et hunc Crucifixum, quin ipsemet S. textus Ezech. 11: hoc ipsum,

#Hinc iterum Melliflurus iste Doctor serm. 3. de Nativit. Dni in hæc verba exclamat: Ludebam Ego foris in platea, et in secreto Regalis Cubiculi sup. Me ferebatur Judicium Mortis, Audivit hoc unigenitus Dei, exijt, pasito diademate, sacco vestitus, aspersus cinere caput, nudus pedes portans sibi Crucem flens et eiulans, Quod Morte damnandus esset servulus eius, Intueor illum subito procedentem stupeo Novitatem, Caan pertinctor et Audio; Quid facturus sum? adhuc ne ludam et deludam Lachrymas Eius? Plane si insanus sum et mentis inops sequar Eum, Nec sit cum lugente lugebo. Et paulo post: Nescie#bam, sanus mihi videbar, Et ecce mittitur virginis filius, filius Dei altissi et iubetur occidi, Hæc Ill

insinuat. Et vidi et ecce manus missa ad me, in qua erat involutus liber, et expandit illum coram me, qui erat scriptus intus et foris, et scriptae erant in eo lamentationes, et carmen et vae. Chrus Crucifixus quo liberè è charta virgine formatus, calamis ferreis exaratus, purpureo attramento et tot litteris quot vulneribus conscriptus; duabus demum tabulis ligneis in cruce è compactus, peccato Originali bibliopego, adiuvante luxuria reliquisque mortalium sceleribus mortalibus. Tolle hunc Philosophe, non ut Cruci figas cum impijs, sed tolle et lege cum bonis.

In decem Prædicamenta, Cogitatio sacra vnica.

Substantia alia ē divina in Chrō, Crucifixo in-
creata, Creata alia et humana. Hæc à Carne virgi-
nea Charta virgo dici, auro pot illa, ineffabilis Maie-
statis splendore, si parva licet componere adumbrari,
libri itaq̄ nri Chri Crucifixi substantia et aurea
ē pretio, divinitatis, et argentea carnis assumpta can-
dore virgineo.

Quantitas alia continua, discreta alia, Meta-
phisicæ nræ sublimis, (ut ait Bernardus) Quia
in Chrō Crucifixo. Quantitas continua habet et
à longitudine lignearum quibus compactum ē tabula-
rum S. Crucis, et à profundo spineæ Coronæ, quæ ul-
tra cranium penetravit, Et à latitudine clavorum, qbus
tenerrima virgo Charta expansa fuit in Cruce, aut
vulnerum ac cordis præsertim, quod dilatavit ut totum
conspiceret amore mundum: Quoties volui te congregare
sub alas Crucis, sicut Gallina congregat pullos suos, et
noluisti? Quantitas discreta vō numerus ē, aiunt
ex varijs SS. relationibus constare, hunc librum con-
scriptum ēe sexagies et bis mille lachrymis; guttis
sanguineis vō trecentis et quinq̄ supra nonagies ac
septies millenas, contusum ictibus in flagellatione: 6666.
alapis 1 10 pulsatum, centies et vigesies colla, caput
octuagies quinquies, ventrem trigesies octies, humeros

bis sexagies, brachia quadragesies, ora trigesies, ad pedes abiectum solog afflictum centies septuagies, in coronatione trecenties confixum punctum, subtrahe his numeris peccata tua, adde compaõem, multiplica dolorem, divide singulas libri paginas, et quid in qualibet descriptum sit, diligenter numera et expende, Extensio gradualis, Extensio gravitatis, Extensio corporum, Discreta sn̄ discrepatione linea longitudo sn̄ latitudine et profundo, superficies longa et lata # Philosophia innumera verba # habes vno verbo in tota; # Qua pulcherrime ad modum Auctoris (modo ingeniosa in te sit pietas applicare et deducere poteris mi Sapientissime Philosophe.

Qualitas alia ē, quae sensibus obijcit, alia quae sensuum aciem effugit; liber nr̄ hac duplici etiam gaudet qualitate; Est n. scriptus intus et foris; hae oculis patent litterae, illae illui, teste S. Bernardo serm. 1. de resurrect. his verbis: Nam verè Chrīs ē liber ille quem Joannes in sua Apocalypsi vidit, scriptus intus et foris, foris n. Chri vulnera cernimus, sed intus immensi gā nos amoris contemplamur incendia, hunc docti et indocti vident, hunc oēs legunt, sz non ead. oēs mysteria eius intelligunt.

Relatio praedicamentalis subdividitz in relationem fundamentalem, seu fundatam, vel in mensura, vel in actione, vel in vnitate; ad reloēm in vnitate spectat Identitas specifica ⊙ Et similitudo magna ē relatio similitudinis, aut poene Identitatis inter librum Jesum Crucifixum, et librum Jesum Natum, vterq̄ n. et liber vitae, et ex Charta Virgine,

tum aurea divinitatis, tum argentea humanitatis super-
naturali unionis hypostatica gluttine compactus est, unus idemque
vereque auctor amor divinus, uterque cum licentia Patris
aeterni, ijsdemque uterque sumptibus Jesu Nazareni Regis Juda-
orum in lucem sine luce prodijt, alter quidem prope Jerusalem
in officina montis Calvariae, in Nazareth alter, et offi-
cina semper virgine fuit impressus, his formis spiritus
sanctus ille typus impiorum Judaeorum, rete sanguinis sui
purpureo charactere tanquam rubrica, lachrymis ille
fuit conscriptus, hunc bibliopegi Carnifices Crucis
tabulis compegerunt, illum Virgo Mater involvit
linteis, Magna quoque similitudinis relatio est, aut prope
Identitas inter librum Jesum Natum et Jesum Cruci-
fixum.

Actio et Passio in mea sententia realiter non
distinguuntur, videamus actionem (quae in picturam
pulchre potest transire, super Crucem Angelo S.
Bernardi lemma tenente; Haec mea sublimis Phi-
losophia scire Jesum, hunc et Crucifixum) super-
bia spineam coronam capiti profixit; gula una cum
Ebrietate sorore et comite individua humorem affun-
dere et alterafel, altera acetum, avaritia tu-
nicam illi involucrum suum rapuit, luxuria Divini
huius libri faciem foedis inquinaverat sputis, luto
etiam ac cruore, innocentissimam insuper et virgi-
neam illam Chartam colaphis et livida contusione
sigillabat. Discordia tunicam involucrum eiusdem quod
avaritia rapuit dividere voluit, ac dilacerare, ira
extremitatem manus videlicet perforabat clavis pedes,
extremitatem alteram pigritia confixit Cruci, invidia

demum confosso pectore aperuit sinistrum libri latus, ex his actoribus conicere facilè possumus Crucifixi paões. Quatuor adhuc prædicamenta supersunt; Locus in quo venalis proponitur mons Calvariæ i. Tempus ætatis illius quo fuit impressus annus trigesimus tertius numeratur; Situ medius terrarum inter et Cœlum pependit. Habitu nudus ut oculis legentium pateret, et quilibet ex hac Metaphysica discere poet, Crucifixi prædicamenta, atque in sui cordis membrana describere, et annotare.

B.

Quare Mi sapientissime Philosophe adhuc semel repeto, et tibi, ac cuilibet alij Christianæ Philosophiæ studioso, in memoriam revoco, verba illa supra iam posita, Quod videl. habeas in tota Phlia tua, innumera verba, quæ pulcherrimè admodum Auctoris, (modò ingeniosa in te sit aliqua pietas, ac perspicacia) applicare, et deducere poteris.

Vale, et fruere, in tempore, et applica.

Aõ 1676. 1. Novemb. Ffia.

Variæ antiquorum Philosophorum sententiæ de Domino Deo.

DEVS.

Origenes lib. 5. adversus Celsum ait, mundum quosdam universum affirmasse Deum esse; Stoicos quidem primum; Platonicos secundum, Tertium Græcos mundum Deum esse dixisse.

Thales Milesius dixit Deum mentem esse, quæ ex aqua cuncta formaverit, et quæ nec principium haberet, nec esset habitura finem, huius Thaletis sententiam sic exprimit Minutius felix in Dialog. Thales inquit rerum initium aquam dixit, Deum a. eam mentem, quæ ex aqua cuncta formaverit, et altior et sublimior aquæ et spiritus ratio quam ut ab homine poterit inveniri, a Deo tradita

Anaximander, et ipse Milesius stellas et astra Deos esse cœlestes putavit, nihil hic divinæ menti attribui, ut ait Augustinus; sed Cicero in lib. 1. de natura Deor. eius ait opinionem fuisse Nativos Deos esse longis intervallis orientes, occidentesque, ut vero ait Epiphanius infinitum voluit esse universorum principium, ex hoc n. omnia fieri, et in ipsum resolvi.

Anaximenes, et ipse Melesius, infinitum aera dixit, cui oēs cāas attribuit, et Deos ex aere ortos, ut ait Augustinus; at Cicero aera ipsum Deum dixisse scribit, alij aethera dixere.

Democritus Abderites, Deum aestimavit mentem ēe igneam et mundi aram, sed ab his dissa Tullius imagines et earum circuitus in Deorum numero refert, ita ut imagines atomos ēe intelligat, Democritus (inquit arnobius) quamvis atomorum primus inventor, nonne plerumq̄ nāam quae imagines fundat et illigiam Deum loquitur?

Pythagoras Deum ita definivit, animusque per universas mundi partes oēmq̄ nāam commeans, atq̄ diffusus, ex quo oīa quae nascunr āralia vitam capiant, sunt qui scribant ipsum unum tantum principium et Deum ipsum esse.

Plutarchus in Numa: Pythagoras inquit lm principium neq̄ sensui, neq̄ perturbaōi subtm, sed mentem invisibilem et imperturbatam ēe censuit, Eius quoq̄ discipuli Lysis et Philolaus diversa dixere; alter numerum ineffabilem; alter (ut sic dicam) maximi, intimiq̄ numeri sumitatem; cōis certe oīum opinio tenet eum in numeris Deum constituisse; et ut Origenes scribit Nonada Deum ēe putavit, et sine hac nihil factum ēe.

Archelaus atheniensis Physicus ex terra oīa facta dixit, ut ait Epiphanius, eamq̄ voluit universorum ēe principium.

Pherecydes, et eod auctore tradente terram dixit ante oīa factam, ēe.

Heraclitus Ephesius, Deos ex igne credidit, vt Varro et Augustinus tradunt.

Origenes, intelligibilem dixit Ignem.

Simplicius, idem sensisse Hippasum Metapontinum dicit.

Anaxagoras, Hegesibuli filius, Discipulus Anaximenis, homaeomerias rerum propria putavit, vt Lucretius cecinit, et notant cum Epiphanio alij plerique, hic et Divinum aīum sensit oīum rerum quas videmus ēe Effectorem, ita qdm August. alij vō infinitam mentem Deum statuisse scribunt, quae per se ipsam moveatur, hunc tamen quod solem lapidem ignitum dixisset morte mulctarunt athenienses.

Prodicus Ceus, quattuor Elementa Deos statuit, et solem, et lunam, vt S. Epiphanius scribit; ex ijs n. vitalem virtutem, existere credebat.

Diogenes Appollinates Anaximenis alter auditor, aerem qdm dixit ēe rerum maām, de qua oīa fierent, sed aerem ipsum compotem Dnā nāe, sine qua nihil ex eo fieri poīt; Augustinus; plura simplicius.

Diogenes vō Babilonicus exponendi curam habuit, ante Jovis partum et exortum Minervae, et hoc genus caeterarum rerum vocabula ēe ait, non Deorum, vt Auctor ē Arnobius.

Chleanthes assius stoicus aethera ēe statuit summum Deum, at vero Arnobius ait, mentem modo, modo aerem, animum modo plerumq rationem Deum esse asseruit.

Straton naam statuit Deum, ut habet idem Arnob.
Anthistenes Atheniensis multos quidem esse ait Deos
populares, unum tamen naalem summum totius artificem.
Chrysippus Cilix Stoicus, nunc naalem vim divina
rationem praeditum, nunc dnam necessitatem Deum esse dicebat.
Zeno Citticus dnam naalemque legem Deum esse pu-
tabat, et simul aethera ut tradit Arnobius, interdumque
rationem vult omnium esse principium. Idem interpretando
Junonem, aera, Jovem Coelum, Neptunum mare, ignem
esse vulcanum et coeteros similiter Deos vulgi elementa
esse monstrando, publicum gravitate arguit et revin-
cit errorem, ut vero scribit Origenes, hos Deum pu-
tasse principium omnium, corpus purissimum et per omnia
ipsius providentia penetrare.
Xenophanes Orthomensis filius Colophonius
omne quod esset infinitum adiuncta mente Deum esse
voluit. Theophrastus unum et universum omnemque
Deum Xenophanem dixisse prodit, ut pluribus osten-
dit Simplicius in physicis.
Parmenides Pyretis filius Eleates, comenti-
tium quoddam coronae similitudine effecit, continen-
tem ardorem lucis orbem qui cingit Coelum, quem
Deum vocat, in quo neque figuram divinam, neque
sensum (ait Cicero) quisquam potest suspicari; nam
bellum discordiam cupiditatem, coeterasque generis ei
eiusdem ad Deum revocat, quae l. morbo, l. somno, l.
oblivione, l. vetustate delentur. Sed de Parmenide
et Melisso fere consentanea affert Simplicius, in 1.
istud, ascendat puteus. i.e. Maria per nati-
uitēm apparendo in mundo, vel per assumptionē
in caelū grarum fluuiis nos perfundendo, concinebant C

hilariter, fortiter, et unanimiter, puteus
quem foderunt principes. gloss. i.e. prophetae
per praenuntiationem, Patriarchae per
exhibitionē, Apli p ostensionē, et para„
uerant Duces. gloss. i.e. Reges
Item ipsa est Stella illuminationis. num. 24.
6 Orietur p natiuitatem stella, i.e. Maria,
quae bn comparatur Stellae maris, ex Jacob,
et consurget Virga, i.e. Chrg de Israel, et
radice Jesse, et percutiet duces Moab, i.e.
daemones et peccata, liberans nos et saluans.

Liber Deuteronomii.

Hæc sunt verba, quæ locutus est Moyses.

Beatissima Dña Virgo Maria dr A
Infirmarum aiarum portatrix, portavit
enim filium Dei pro nobis in utero sanctitatis, et
nos portat in utero miserois. deuter. 1. Portavit te
Dñus Deus tuus, et n solū ipse, ss et Dei genitrix
Virgo Pia, ut solet hō gestare. gloss. quem tener-
rime diligit, nec laborare permittit in oī viā
per quam laborāstis. gloss. nqm defuit, donec
veniretis ad locū istum.

Item ipsa est terra optima, n germinans tribu- B
los et spinas, ad colendū facillima, fertilissima,
qa profert Deū et hoēm. Deut. 8. Benedi-
cas dño. gloss. grās agendo pro ~~terra~~ terrā
optimā, i.e. Mariā, quam dedit tibi ut
alēris, et dilēris et laudēris.

Item ipsa est soror nostræ paupertis, Vn
tenetur nobis ex constitoē legis subvenire.
Deut. 15. Ne avertas oculos miserationis tuæ

O Maria, à paupere frē tuo, scil. peccatore,
qui lt̄ peccator et pauper sit, tn̄ fr̄ tuus
est per naām, n̄ cn̄ deerunt pauperes
in terra habitōis tuæ, i.e. in mundo, n̄
en̄ pnt̄ ēē diviles sicut tu, cui dictum est,
Ave grā plena, idcirco aperias fenestram,
et sic festinanter, hilariter, abundanter
manū subventionis, defensionis fratri tuo
pauperi et egeno, hoc orat Psalmus, aperiente
te manū tuam etc.

A Item ipsa est altare sanctifōis continens dilec-
tionē Dei et proximi. Deut. 27. Aedificabis
altare dn̄o in monte Ebal. gloss. quod verius
vorago inr̄pretatur, de lapidibus quos ferrū
peccati n̄ tetigit, qui immaculati et incorrupti
carne et spiritu iacula diaboli n̄ susceperunt,
et qs̄ est hic inr̄ puros hōes, et laudabimus eū,
nisi ipsa post Deum Excellentissima: et scribes
sup illud omnia Verba legis, mānē dilectionis
Dei et proximi, planè et lucidè scriptor
fuit huius altaris Spiritus sanctus.

Item ipsa est mons benedictionis, sed Eda fuit mons maledictionis. Deuter. 24. Pones benedictionem meam, non mundi qui fallax est, super montem Garizin. Gloss. quod interpretatur divisio. Divisit enim ut prudentissima bonum à malo, et melius à bono, et optimum à meliori illud eligendo. Luc. optimam partem elegit Maria. divisit et nos à mundo, à diabolo, à peccato, à morte.

Item ipsa est cœlum dilationis, unde omnia meliora proveniunt. Deut. 28. aperiet Dominus. gloss. placatus, qui aliquando iratus clauserat Thesaurum suum optimum, cœlum, i.e. Mariam, ut tribuat pluviam terræ. gloss. cordibus terrenorum, per ipsam n. nobis Dominus pluit gratiam ad repellendam animæ aridilatem, et fœcunditatem virtutum conferendam.

Item ipsa est thalamus delitiarum Dei. Deut. 33. Amantissimus Domini beniamin. gloss. i.e. Christus filius Dei, in thalamo, i.e. in Mariâ totâ die morabitur. gloss. nullo vitio alienatus, unde et ibi semper à quærentibus invenitur, et inter humeros illius requiescet. gloss. i.e. inter bona opera.

Item ipsa est Mater inflammationis, Mater custoditionis, Mater instructionis. De his tribus Deut. 33. In dexterâ eius i.e. Mariæ, ignea lex. gloss. i.e. Maritas, qua sanctos facilius amore suvendit. Omnes sancti ad custodiendum in manu illius sunt, et qui appropinquant pedibus eius ut discant humiliter, accipient de doctrinâ illius. require quid doceat.

29

Liber Josue.

Et factum est post mortem Moysi.
Dnā Angelorum Mr̄ Dei est, terminus
hæreditatis nostræ. Josue 1. Dixit dnus ad
Josue. i. e. omni servienti Deo, omnē locū
qui sursū est. Dnus n̄ vult eis dare locū
hic inferius qui vilis est, ss̄ sursū qui est optimus,
et hoc qa diligit nos, quem calcaverit vestigiū
pedis vr̄i. gloss. vobis tradā à deserto et lybano,
et usq ad fluvium magnū Euphratem, i.e. Mariā;
nota utilitēs magni fluvii, et adapta, et usq ad
mare magnū, i.e. usq ad Chrm̄, qui compara-
tur mari magno, erit terminus vester. gloss.
ut n̄ solū efficiaris hæres Dei, sed cohæres Chri.
Item ipsa est fenestra evasionis. Josue. 2. Dixe-
runt exploratores ad Raab, innexii erimus si
signū nobis fuerit funiculus iste coccineus. gloss.
i.e. Chrus sanguine suo rubricatus, et ligaveris
eam in fenestrā, per quam nos dimisisti.
Item ipsa est fenestra, quæ per funiculū, i.e. per
filium suū peccatores ut evadant dimittit, et

iustos attrahit. Item ipsa est arca ostensionis A
directæ viæ in cælū. Vn̄ et festinanter eam sequi
debemus. Josu. 3. Dixit Josue, i.e. Chr̄g. dispo-
nite arcam fœderis Dn̄i, quæ antecedit nos in
cælum ascendendo, loca præparando, pro nobis
aduocando, nos ad se trahendo p̄ ordinē, festi-
nauitq̄ populus et transiuit. Gloss. n̄ otiosē, n̄
remisse agendū est, s̄ ōīa festinanter tn̄ subeunda.
Cum transissent omnes, l̄t quidam facillimè, s̄ tn̄
ōēs in ipsū spem auxilii figentes. Transiuit et
ipsa Arca Dn̄i, ipsa n. præcedit nos p̄p aliqua,
et subseq̄r p̄p quædam.
Item ipsa est clypeus defensionis q̄m ad nos, et B
clypeus inr̄ fectionis quoad dæmones. Josu. 8.
Dixit Dn̄g scil. Pr̄ ad Josue scil. Chr̄um filiū
suum, leua sup̄ omnē creaturā purā in
sanctitate dignitate, potestate, utilitate clypeū,
i.e. Mariam, peccatorū defensatricem, dæmonū
impugnatricē, qui in manu tuā est contra Hay.
Gloss. Hay inr̄pretatur chaos uel habitaculū eorū,
i.e. dæmonū, qui in abysso regnant. Cumq̄ eleuasset
clypeū, i.e. Mariam in Annuntiatione ipsā in
Matrem assumendo, et in Assumptione ipsā secū C

in throno collocando n̄ traxit manū, quam in sublime porrexerat tenens clypeū. i. e. Mariam, nobis in consolōem, diabolo in occisionem, et peccatis omnibus in deletionem, donec inr̄ficerentur oēs habitatores Hay. gloss. de quibus nullū debemus relinquere, s̄ omnes interimere.

Item ipsa est sol ad adiuuandū oībus fidelibus. Jos. 10. Steterunt Sol et Luna, donec ꝑsulciscerentur se gens de inimicis suis. gloss. uisibilibus et inuisibilibus, Stetitq̄ sol in medio cœli, et n̄ festinauit occumbere. gloss. qa spr̄ oritur fidelibus.

Item ipsa est ciuitas Refugii. Josue. 21. ad quam fugere debet, qui effugere cupit mortem.

Item ipsa est receptaculū et latibulū fugientium ab irâ Dei. Isa. Moab est latibulū eorū à facie uastatoris. i. e. Chr̄i, qui impios uastabit.

Item ipsa est altare testimonii nostri. Jos. 22. Dixerunt filii Ruben et Sad: Extruamus nobis altare; i. e. Mariam infinitæ magnitudinis in misericordiâ, in bonitate, in humilitate, in largitate, in filii Dei conceptione, in testimonium liberōis, ꝛ libertis et hæreditis cœlestis, ut iuris n̄ri sit offerre holocausta et uictimas, et pacificas hostias, et ut n̄ dicatur nobis, non est uobis pars in Dn̄o, et uocant altare testimoniū nostrū, quod Dn̄s ipse ꝑ sit Deus. hoc altare est extructū in conceptione, sanctificatū in utero, deificatū in Incarnōe, translatū in Assumptione.

Liber Judicum.

Post Mortem Moysi.

Dna mundi, Mr Dei et Regina cœli dr Pugnatrix A
pro suis contra mundū, contra diabolū et peccatū, Vn
signatur p Judā, d quo dr Jud. 1. Consuluerunt filii
Israël Dnum, et meritò, qa ipse dicit, sn me nihil
potestis facere, dicentes, quis ascendet? Si alqs
Angelorum, si aliqs sanctorum ante nos debiles,
inscios et imprudentes contra Chananæum, i.e.
Mundū, diabolū vel peccatū, et erit dux belli mri,
inquietissimi, continui. Et dixit Dnus Judas i.e.
Maria confitens, ascendit n. in Natiuitate mundo
apparendo: In Assumptione coram Ptre cœlesti B
sp interpellando, spr pro ~~nobis~~ nobis primā
se offerendo. Ecce tradidi terrā in manu eius,
imò et cœlū et oīa et meipsū. Vn ipsa dicit ex
ore filii sui, mihi data est oīs potestas, noli
gō sn ipsā inire bellū; ipsa n. dux est belli
nri, debet n. nos præcedere ex officio sibi à totâ
Trinitate iniunito. Item ipsa est Mr liberoīs et C
iubiloīs et gaudii. Jud. 5. Qui uenit semine. gloss.
qa occupata ab hostibus erā, et n audebam ascendere ad
orōem in domū Dni, cessauerunt fortes Israël donec
Delbora, i.e. Maria surgeret per Natiuitatem in

4 mundo apparendo, vel p Assumptionem in cœlū
ascendendo, Mr in Israël. Gloss. qa consiliando,
hortando, prædicando ab hostibus liberaret; Ja et
ipsa post Deū sumē fecit, Vn grās agendo Deo,
dicit. Ego sum pauperculа Maria, humilis
Maria, tamen Mr Dei, Regina cœli, dnā mundi,
quæ dnō canā, qa vox iusti est canoris vocis
et cantilena sinceræ mentis diuinū delectat auditū;
qa n̄ hr in se rauciū peccati sonū, et nihil offensionis
in linguâ, nihil crassitudinis in Spūs Sctū, psallā
Dnō Deo Israël dicendo. Magnificat aīa mea Dnūm.
Noua bella elegit dnus. gloss. qa inermes fortes fecit, et
triumphales et portas Gostium ipse subuertit.
8. Item ipsa est vellus roris Diuini. Jud. 7. Dixit Gedeon
ad Dnūm, ponā hoc vellus lanæ, i.e. Virginem sanctā,
in Judaica gente Syros. Gloss. totius orbis ros in solo
vellere fuit, i.e. in solâ Mariâ, quod factū fuit
in Annuntiatione, qn̄ Chrus in eâ humanitatem assum-
psit, et in oī terrâ, et in cordibus infidelium siccitas
scīæ, quod liberabis Israël. quod n. ipsa impleta
fuit grā sup oēm purā creaturā, signū fuit
liberōis nræ, factumq est ita expresso vellere, i.e.
Maria p inuocōem, p deuotā salutōem conchā.
gloss. cordis rore i.e. grā adimpleuit.

Liber Ruth.

In diebus unus Judicis &c.

— Beatissima Dna vocatur Mr pulchritudinis, sed in Passione filii sui fuit Mr amaritudinis et mæroris. Ruth. i. Dicebant mulieres in adventu Noëmi in Bethlehem, quod pt respicere duplicem adventu B. V. vel adventus in mundu per Nativitatem, vel adventu, qn venit in Bethlehem ad pariendu. Hæc est illa Noëmi, hæc est illa pulchra, in qua macula eo venialis pecti n est, quæ in utero portat candidu et rubicundu, sed quod sequr respicit Statu Passionis Chri. Ubi ait: Ne vocetis me Noëmi, i. e. pulchra, sed vocate me nunc in Passione filii mei Mariam, i. e. amaram, qa amaritudine valde repleuit me omnipotens, qsi diceret, repleuit me in Annuntioe gaudio et lætitia, In passione vo mærore et tristia. Egressa sum plena in Annuntioe, qn dictu est mihi: Ave gra plena, et vacua reduxit me dng, cum sola rediens filium meu reliqui in sepulchro. Non igr vocetis me Noëmi, quam dng humiliauit et afflixit.

Dolores igr parientis quos effugeram in Natiuitē,
nunc oēs psolui in Filii mei passione.
Item ipsa est ancilla collectionis et opōis. Ruth. 5.
Dixit Ruth. quae interpretatur uidens, festinans,
indeficiens, vadam in agrum scil. Ecclesiae, ut
colligam spicas, i.e. pauperes caecos et claudos more
filii mei, qui huiusmodi libenter colligit: quae
metentium scil. mundi et diaboli effugerunt
manus. diabolus ferè universā terrā congregaue-
rat mittens falcem suā in messē alienā; Vn
et gloriando dicit. Isa. 10. Vnsam terrā ego congre-
gaui. Colligit a. ancilla Dei in agro Ecclesiae humiliter
qa spicas remanentes, fideliter, qa sequens uestigia messorū,
ut quod alii abiiciunt, ipsa sumat; Vn psalmus:
Pr meus et Mr mea dereliquerunt me, Dnus a. assum-
psit me. perseueranter, qa usq ad finē mundi
ad se fideles congregat. Vn seqr, de mane usq
nunc stat in agro, et nunc quidem ad momentū
domi reuersa est. et dixit Boor. scil. Deus,
colligentem scil. Mariam, quae colligit quos uult,
nemo corripiat. Item colligit sapienter, Vn et
seqr, Quae collegerat, uirgā cedens scil. tribulōis, et
excutiens inuenit tres modios, scil. coniugatos,

viduas et Virgines, quos portans in sinu misericordiæ, et in dorso patiæ, reversa est in civitem scil. Jerusalem cœlestem.

Item ipsa est, quæ se et nos vestivit et coo- A
perivit et involvit pallio divinitatis, sicut dr̄ d Chr̄o in præfatione, ut nos divinitatis suæ tribueret ēē participes. Ruth Dixit Ruth ad Boot, i. e. ad Deum: Ego sum ancilla tua Ruth, expande pallium tuū sup famulā tuam, qa propinquus es. et ille: Benedicta es filia à Dn̄o noli timere, faciam tibi quicquid dixeris mihi. scil n. ōis populus, qui habitat in̄r portas urbis meæ mulierē te ēē virtutis, n̄ abnuo me propinquum.

Liber Regum Primus.

Fuit vir Vnus de Ramotha Sophim. C.
Regina cælorum est arca exultationis in taberna-
culis iustorum, et arca timoris in tabernaculis
dæmonum et malorum. 1. Reg. 4. Cum venisset
per nativitatem in mundum arca i.e. Maria,
in castra tribulatorum, tentatorum, et totius militan-
tis Ecclesiæ, timuerunt Philistiim, i.e. dæmones,
dictum est de nobis, venit n. illa cui dictum est gen. 3.
Ponam inimicitias inter te etc. Non n. fuit tanta
exultatio peccatorum heri et nudiustertius, quin non
habebant talem adiutricem, et dixerunt Philistiim:
Quæ est vox clamoris magni in castris Hæbræorum?
Psal. vox exultationis et salutis in tabernaculis iustorum,
et cognoverunt, quod Arca Dei venisset in castra,
et dixerunt, Væ nobis, illi autem tamen nobis. Quis
nos servabit de manu deorum sublimium istorum,
ubi n. ipsa est per adiutorium, ibi et Trinitas
Deus. Item ipsa est sol ardoris, Mater calefactionis
frigidorum filiorum Adam. 1. Reg. 21. Cras erit
salus et gratiæ et veniæ, cum incaluerit sol i.e. Maria.

Nunquid n̄ incaluit, cum illi tota Deitas substantialiter
illapsa est. Hic est sol triplex nos exurens, ut
dr̄ Eccl. triplex sol exurens et exsufflans etc.
Item ipsa est cornu unctionis, ex quo ungimur A
ad dignitatem, ad sanctitatem, ad venustatem. 1. Reg. 16.
Dixit Dn̄s Pr̄ ad Samuelem, i.e. Chr̄um, imple
cornu tuū, i.e. Mariam oleo, i.e. teipso, et
cr̄ grā, quod factū est in Incarnōe, et Unge
inde Reges et Sacerdotes, et filios Dei, quae
cūq monstrauero tibi. Vn̄ Bernardus, de
plenitudine eius accipiunt singuli et Universi etc.
Item ipsa est ciuitas et domus societatis. 1. Reg. 20. B.
Rogauit David, ut iret celeriter, quod factū
est in Incarnōe, qn̄ et̄ praeuexit Angelū,
quem miserat ad Mariam Virginē gloriosā, ciuita-
tem suā sanctissimā et opulentissimā. Vn̄ seqr̄,
qa ibi victimae sūt solemnes, Deo, Angelis, iustis,
peccatoribus, Vrsis contribulibus suis. Psal. Gloriosa
dicta sūt de te ciuitas Dei, i.e. Maria.
Item ipsa est refraenatrix irae Dei, quoad pecca-
tores, quae David, i.e. Chr̄um ab infōe aeternā

Nabal Stulti, i.e. peccatoris refrænauit,
signata per Abigail. i. Reg. quæ cecidit
ad pedes David se in oribus humiliando, et
dixit: In me sit Dne hæc iniquitas. gloss. i.e.
noli ulcisci, malitia n inueniatur in te, sed
potius bonitas diffusiua, pietas condonata,
misericordia attractiua, et ait David ad Abi-
gail placatus eius intercessione. Benedictus
dnus scil. Dr misericordiarū, qui misit te miseri-
cordissimā et prudentissimā hodie, scil. qncunq
intercedis pro peccatoribus, uel præcipuè in
A. Assumptione in occursū meum, ad placandū, ad
refrænandū, ac ad componendū inr me et
peccatores, et bndictū eloquium tuū, plus quam
omnium Angelorū, imò omnium Sanctorū.
Psal. Eloquium Dni inflamauit eum, misit
rex et soluit eum, i.e. peccatorem, et bndicta
tu, quæ prohibuisti me sæuissimū contra peccatores,
sicut dicit in Osee. Occurrā eis quasi Cæna,
et ad ipsa ~~te~~ interiora iecoris eorū ulciscar me

manu meâ grauissimâ et ꝛt intolerabili. Et nisi
cito uenisses in occursu mihi, quod factu est,
qn̄ nata est peuatorū tuorū reconciliōem
assumendo, n̄ remansisset Nabal mingens ad
parietem, ꝛ totaliter deleuissem eum usq ad
matutinā lucem. Erat a Abigail mulier
prudentissima et speciosissima; et dixit Dauid
ad Abigail: Vade in pace, audiui uocem tuā,
sed quam uocem? Vocem miserōis pro peuatoribus,
uocem conseruōis pro iustis, uocem fidelitis pro
seruitiis sibi exhibitis remunerandis, et hono-
raui faciem tuā, in conceptione te sanctificando,
in Natiuitate tuâ mundū p te illuminando.
In Incarnōe meâ te mihi Mrem prae omnibus
eligendo, et in Assumptione tuâ te ultra oēs
choros Angelorū in meâ dexterâ collocando.

Liber Regum Secundus.

Factum est, postquam mortuus est Saul. etc.
Sancta Theotocos Virgo et Mr Dei honoratur
à Deo in gloriosâ assumptione suâ, in hoc, quod
pp honorem eius Dnus reis peccata dimittit, gram
aridis infundit, et iustis gloriam promittit.
2. Reg. 6. Abiit David, i.e. Chrus, et adduxit
arcam Dei, i.e. Mariam de domo Obededom,
scil. in Assumptione in civitatem David, hoc est
in cœlum empyreum cum gaudio. Et erant cum David
7 chori. Quorum primus est chorus Angelorum, 2dus
Patriarcharum. 3tius Prophetarum, 4tus Apostolorum.
5tus Martyrum. 6tus Confessorum. 7timus omnium sanctarum
Virginum. Ab his omnibus honorata est Regina
cœli in Assumptione eius. Et benedixit David, i.e.
Chrus populo, reis peccata dimittens, aridis gram
infundens, et iustis gloriam promittens, et partitus
est omnibus collyridam panis, et assaturam, et similam
frixam oleo. Ipse n. Dnus Chrus collyridam panis nobis
largitus est in suâ nativitate, assaturam in passione,
similam frixam oleo lætitiæ in Resurrectione pp

honorem suae Matris. Item ipsa est Mr̃
reuocationis de regione longinquâ peuatorũ,
Vn̄ signatur per Mulierem Thecuithen, quae
dixit ad Dauid. 2. Reg. 14: Viuit Dn̄g, qa n̄
cadet d̄ capillis eius in terrã et sic reuocatus
est Absalon. Item ipsa est Mr̃ conseruõis, quae
tamdiu peuatores fouet, usq dum ipsis grãm Dei
impetret; Vn̄ signatur per Resphan, quae iurg
inr̃pretatur. 2. Reg. 21. Quae 7 Viros in patibulo
suspensos scil. peuati, pp 7 crimina mortalia,
à Dauid, i.e. à Chro n̄ dimisit eos lacerare per
diem et noctem, aues et bestias, i.e. daemones
prohibens, donec stillaret aquã grãe, scil. con-
tritionis et confessionis de caelo, i.e. de misericordiâ
Dei sup eos. gloss. Qia sollicitudo Sanctorũ suc-
currit precũ instantiâ peccatoribus, donec miseri-
cordiam Dei impetret sup eos, prauos hões et
malignos Sprũ compescens, ne uitam illorũ ulterius
corrumpant, praua suggerendo. Et Dauid eos
sepeliuit. Item ipsa est cisterna grãe. 2 Reg. 24.
Desiderauit Dauid aquã, et ait: si qs mihi daret
potũ aquae, quae est in Bethlehem iuxta portã.

Liber Tertius Regum.

Rex David senuerat, et habebat ætatis plurimos dies.

A. Sp Excellentissima Virgo Maria desiderio sancto-
rum Patrum et ardore optata et quæsita fuit,
ut regem Regū foueret per Incrōem in gremio,
ut ipsū recipiendo calefaceret, in conuersatione totius
uitæ Chri in hoc mundo sibi ministrando, et staret
in cælo empyreo pro peccatoribus exorando. 3 reg. 1.
signatur Virgo Maria p Abisag Sunamitem, quæ
interpretatur, Pr meus abundans, vel Patris mei
rugitus, et cuius laude dr. Dixerunt serui David,
i.e. scti Patres: Quæramus in omni creaturâ
rōoli, quæ sub cælo est, dno nro regi adolescentulā
virginem mundissimā, quæ digna est, ut in sinu
suo dormiat Rex regū, quæ foueat eū p Incar-
nōem in gremio ventris sui, dormiatq in sinu suo,
apud mundissimā mundissimus, in creaturâ creator,
in filiâ Pr, in ancilla dnq. Quæramus et
uirginē charitē ardentissimā, quæ ipsū dnum ad
liberōem et miserōem inflāmet, et calefaciat
dnum nrum regem - Quæramus et uirginē
sapientissimā, quæ sciat et velit, et possit stare,

ut inr̄ pellatrix coram rege, ad refrænandū, ad excusandū, ad induciandū, ad placandū. Et inueniunt Et difficillimè adolescentulā speciosā in oībꝫ finibus Israël Abisag Sunamitem, i.e. Mariam, hanc oēs eligamus, sdm̄ illud Poetæ, Elige, cui dicas, tu mihi sola places. Quæ sita fuit in lege et prophetis tempore Patriarcharū et prophetarū, ss̄ inuenta in Nazaret ab Archangelo Gabriele in tp̄re grā in Annuntioē. A.

Item ipsa est Aduocata peccatorū, hn̄s tria, scil. sapiam, facundiam, et fidelitem, quæ dbt habere Aduocatꝫ. Vn̄ signatur per Bersabee 3 Reg. 2. Dixit Bersabee, i.e. Maria ad Adoniam, i.e. peccatorem, bn̄ ego loquar, prudenter, humilr instanter et perseueranter pro te misero egeno, et desperato, ss̄ cui? certè regi magno forti et glorioso, et uenit Bersabee ad Salomonē, quod factū est in Assumptione, ut loqueretur pro Adoniâ i.e. peccatore. Et surrexit Rex, i.e. Chr̄ꝫ in occursū eiꝫ hilariter, totalr et solemniter, et positꝫ est throno gloriæ

matri regis. In Annuntiatione posita fuit
dna mundi in throno grae, in Pone filii
in throno miseriae, In nra cua et in iudicio
in throno misericordiae, In Assumptione vo
sua ad coelos in throno gloriae. Vn sequr:
Quae sedit ad dexterā eius, ut imperatrix, ut
grarum distributrix, et dixit ei Rex, pete
fiducialr pro omnibus Mr mea mundissima,
mihi obsequiosissima, et supoem creaturā
mundi charissima: Neq n. fas est nec corā
me, nec coram Angelis ac omnibus sanctis, ut
auertā faciem tuā, te pro quacunq re postulantē,
n exaudiendo.

Item ipsa est Mr et Dna saluationis, quod
signatū est in Abiathar Sacerdote, qui offen-
derat regem Salomonē: Cui dixit Rex, Vir
mortis tu es, ss te n inrficiam, qa portasti
arcam i.e. Mariam, ipsā honorando, te ei
subiiciendo, et in eius fidelitem et misericordiā
te committendo corā David Patre meo.

— Item ipsa est templum charitatis. 3 Reg. 6. In cuius laude dr. Nil erat in templo i.e. Maria, quod n̄ auro tegeretur. Gloss. sola n. charitas regnat. duo ostiola in templo de lignis olivarū. gloss. i.e. dilectio Dei et proximi.

Item ipsa est nebula et habitaculū absconsionis A.

— filii Dei. 3. Reg. 10. Regina Saba i.e. Maria cū multo comitatu famulorum et sanctorū, imò et ipsius filii sui ingressa est in Jerusalē, et hoc in die Assumptionis.

Saba est civitas regalis aetiopiae. Vn̄ haec regina fuit, quae praefuit duobus regnis aetiopiae et aegypti.

Item ipsa est throng totius Trinitatis. 3. Reg. 10. B.

— Fecit Rex Salimon thronū, i.e. Virginem gloriosā, et hoc in tempore grae, qn̄ mr̄ misericordiae in mundo est nata. De ebore Castitatis, puritatis, innocentiae, grandem in naā, in grā et in glia, in misericordiā, in humilitate, in bonitate, in largitate et in pulchritudine. Vn̄ sequr̄ et vestivit eam totaliter regalis auro fulvo nimis, i.e. charitate supremā, imò et seipso: Cui habebat 6 gradus. Primus est humilitas, 2dus Virginitas,

3tius paupertas. 4tus erubescentia, 5tus Patientia, 6tus temperantia. Et summitas throni rotunda erat spe cœlestium, et duæ manus tenentes sedile, i.e. Mariam, i.e. timor et reuerentia, habebat n. ad Filium timorem et reuerentiam, qa ipse erat eius filius, In erat dnus et Deus: et duo leones stabant iuxta singulas manus, et duodecim leunculi stantes super 6 gradus hinc et inde. Non est factum tale opus mirabilitate, utilitate, pretiositate, dignitate, pulchritudine in Vrsis cœli regnis atque terræ.

Item ipsa est uas satietatis. 3 Reg. 17. In cuius laude dicit uidua i.e. Ecclesia, Viuit dnus, qa n. habeo panem, nisi quantum pugillus capere potest farinæ, i.e. Maria in hydria, et parum olei in lecytho, et dixit Helias, hydria farinæ, i.e. Maria n. deficiet, qa semper potest et vult dare, qa largissima, qa ditissima, qa plenam gratiam, nec lecythus olei minuetur, ~~quo~~ quo nos semper pascit et ungit, ac lætificabit.

Item ipsa est nubecula refrigerans pluens et tonans. 3 Reg. 17. In Annuntiatione, i.e. in tempore gratiæ

nubecula parua, i.e. Maria parua per humilitatem, A
sed immensa per gratiam ascendebat, vel in Natiuitate sua
mundo apparendo, vel in Assumptione cœlos pene-
trando, vel ascendebat per naturam, qua nobilissima;
per gratiam, qua boni gratia ditissima; per gloriam,
qua super omnes cœlos sanctorum exaltata de mari
i.e. de hoc mundo. Et dixit Helias i.e. Christus
ad Achab, sonus multæ pluuiæ est, i.e. gratiarum
omnis compluens et gratiam quærentibus infundens, cumque
se verteret huc atque illuc, obtenebrati sunt cœli,
et nubes et uentus, et facta est pluuia grandis;
nam de plenitudine eius, ut dicit Bernardus,
accipiunt singuli et Universi.

Liber Quartus Regum.

Prævaricatus est Moab. &c.

Imperatrix cælorum est vas innouationis et sanationis. 4 Reg. 2. Dixit Hælisæus, Afferte mihi vas nouum, i.e. Mariam, alii n. oēs per peccatū inveterati ꝯt et corrupti, ꝯ ipsa est vas nouum habens multiplicem nouitatem, et mittite in ipsū sal. Gloss. Verbū Dei caro factū est, sal n. filius Dei est, quod cum misisset in illud, quod factū est in Annuntiōne; ait, hæc dicit dn̄s, sanaui has aquas, id est humanā naturā fluidam et pestiferā et n̄ erit in eis ultra mors et sterilitas, ꝯ vita et fœcunditas.

3. Item ipsa est fenestra illuminōis totā domū Ecclīæ luce Diuinitatis illustrans, vn̄ et vehiculū lucis vocatur. 4 Reg. 8. Dixit Hælisæus

ad Joas Regem Israël, aperi fenestram orien-
talem, i.e. Mariam, per quam intrat lux et
vita, sicut per fenestram occidentalem; i.e. eadē
intravit mors et tenebræ. Quam cū Aperuisset,
quod factū est, qn̄ Virgo manens incorrupta
mundi peperit Salvatorem: dixit Hælisæus,
iace sagittam, i.e. Chrm̄, qui ex eâ ortus est
et natus, et iecit, et ait Hælisæus: sagitta
salutis contra Syriam, i.e. contra omnes
dæmones, et percuties Syriam, donec con-
sumes eam ad nihilum redigendo. Vn̄ Psalmista.
ad nihilum redactus est in conspectu eius malignus.

51

Liber Tobiæ.

Tobias ex tribu et civitate Nephtali.

Commendatur in Beatissimâ Virgine Mariâ post Deum largitas summa. Tob. 3. Quomodo potueris, ita esto misericors, omnibus misericordiam te implorantibus præstando, si multum tibi fuerit, qa gratiâ es plena, et Domina Cœli et terræ, abundanter tribue, sicut decet dare Reginâ omnium creaturarum; si exiguum, libenter impertiri Aude. glos. Voluntas à Deo pensatur n̄ dati quantitas. Item commendatur in ipsâ post Deum humilitas sum̄a. Tob. 4. superbiam in tuo spiritu, i.e. in mente dominari nunquam, aut in uno verbo. gloss. i.e. sancto dominari permittas. gloss. si aliqn̄, sic tamen n̄ regnet. Ipsa

nimirum nunquam motum superbiæ habuit,
ss post Deum excellentissimè humilis fuit.
Item commendatur in Ipsa post Deum feli-
citas præcipua, et in servitiorum sibi impen-
sorum fœdinantissima, et superabundantissima
retributione - Tob. 4. Quicunq tibi aliqd ope-
ratus fuerit ô Maria sive iustus sive peccator
ad honorem et laudem tuā ac filii tui,
statim ei mercedem tribue regalr, quia regi-
na es; abundanter, quia ditissima es; utiliter,
quia fidelissima es, et merces mercenarii tui
apud te n̄ maneat.

Liber Judith.

Arphaxat itq; Rex Medorum. &c.

In nostrâ Judith, i.e. in Virgine Mariâ commendatur pulchritudo admiranda, et sapia prae cunctis mortalibus veneranda. Judith. 11. Dixerunt servi Holofernis. n solum servi Dei ipsâ admirantes, s et servi mundi, et diaboli, alter ad alterũ. Non est talis mulier sup terrã, imò nec supra caelum, in aspectu, qa et maculâ peccati venialis caruit. In pulchritudine exteriori credimus eam pulcherriã fuisse, et optimè dispositam quoad Deum, qn dixit: Ecce ancilla dni. &c. quoad Angelũ, qn dixit: qmodo fiet istud &c. Quoad hoes iustos, qn salutavit Elisabeth: quoad peccatores, qn dixit ministris in nuptiis: quaecunq dixerit vobis, facite; quo et ad suũ filiũ, qn dixit, Fili cur fecisti &c. Commendatur et in Dnâ mundi nois praeclara excellia, ipsa n. post Deum nominatissima. Judith. 2. Dixit Holofernes ad Judith. Gloss. quae interpretatur confitens vel laudans, et signat Mariam: noen tuũ, i.e. Maria, ut maris stella, ut Mr Dei nominabitur à

Deo, ab Angelis, à iustis, à peccatoribus à patriar-
chis &c. in Vrsâ terrâ, imò in Vnso cælo. Comendatur
et sanctissima Virgo ab amplissimâ charitate, quæ
consideratur in hoc, quod n tm propriam exactoem,
quàm nram quærebat liberoem. Judith. ix. Judith
orabat Dnum Deum Israël ferventissimè, ut
dirigeret viam ad liberoem populi sui captivi
et afflicti. Commendatur et in eâ mxa gratitudo.
gras n. agebat indesinenter pro bn ficiis sibi tot
collatis, et nobis p eam conferendis, scil. ut
diabolus superaretur, peccatum deleretur, mundus
liberaretur. Judith. ix. Abscisso capite Holofer-
nis, i.e. diaboli, laudando Deu et nos consolando
dicit: Aperite portas. Gloss. i.e. cordis devotione,
quondam nobiscu est Deus. Gloss. ut carnem in-
firmitatis nræ in me assumens divinitatis suæ
participes nos faceret, ut propugnator et Victor
à potestate diaboli n erueret, et concurrerunt ad
eam omnes, scil. Angeli, quibus dedit lætitiam, iusti
qbus gram, peccatores, qbus veniam impetrat, et
illa ascendens in eminentiorem locu. Gloss. ad

laudandū Deum pro bn̄ficiis suis, auditores attol-
lens dixit: Laudate Dn̄um Deum nostrum.
Gloss. n̄ me, qui n̄ deseruit sperantes in se,
qa fidelissimus est, et in me ancillâ suâ humili
et deuotâ adimpleuit mirabilr̄, largiter, utilr̄
et sapienter misericordiam suā, qa incarnatus
est in me pp peccatores, quod promisit per
os Prophetarum domui Israël, i.e. Ecclīæ, et
inr̄fecit in manu meâ, i.e. per Filium, qui
manus mea est, hostem populi sui. Gloss. i.e.
diabolum, in hâc nocte grāe et misericordiæ.
Ecce caput Holofernis. Item ipsa est, d̄ quâ
dr̄: Ipsa conteret caput tuū. Commēdatur in
eâ et mx̄a fortitudo. Judith. 15. Dixerunt
Vsi sil. Patriarchæ et Prophetæ, et omnes
fideles ad Judith. i.e. ad Virginē gloriosā Mariā:
Benedixit te Deus in Virtute suâ, tibi grām
et fortitudinē tribuens, qui per te, n̄ per
Angelū vel aliquem Sanctorum ad nihilū redegit
inimicos nostros, diabolū superando, peccata
delendo, mundū vilificando, qui hodie, sil. in

die Annuntiationis, quando Mater Dei effecta es, vel in die A.
Assumptionis, quando super omnes choros Angelorum
exaltata es. Nomen tuum Angelis reverendum, hominibus
amandum, daemonibus tremendum, ita magnificavit
in caelo et in terra, et sub terra, ut non recedat laus
tua de ore hominum et omnium Angelorum, qui memores
erunt virtutis tuae in aeternum, pro quibus non
pepercisti animae tuae in die amarissimae mortis
praedilecti filii tui, propter angustias et tribulationes
generis tui, miserorum filiorum Adam, sed subvenisti
misericorditer, viriliter et fideliter, ruinae magnae,
amarae, ignominiosae et aeternae, ante conspectum
Dei nostri, et dixit omnis populus, fiat, fiat. Et
ait Judith ad Achas, caput omnium incredulorum
incidit in hac nocte in manu mea. Commendatur
etiam Regina Angelorum a mente humilitate, quae
consideratur in hoc, quod nos vermiculos suos
perditos perditi Adam fratres vocat. Judith. 14.
ait Judith ad omnem populum, audite me fratres,
quorum soror ego sum ex natura. Item alibi
vocat nos filios Eccli. Nunc ergo filii audite O.
tanquam Matrem, sed hic audite me tanquam Fratres,

Sorem, suspendite hic caput crudele, nequā,
ōr fallaciā plenū, quod ego abscidi sup muros
uros. Gloss. in doctrinā Evangelicā, quae est
murus credentium in illā pte, in quā aperte
ostendatis hostibus hostis superbiam ee contritam.
Et erit. Gloss. docet, qualr hostem nrum per-
sequamur, cum exierit, de utero meo tnqm sponsus
de thalamo suo, quod factū est in Nativitate
Dni, i.e. Chrus filius meus illuminans caecos, inf-
lamans frigidos, fecundans steriles, et se ut
sol omnibus largiens et infundens. Exite cū
impetu nil formidantes ad pugnā contra mundū
diabolū, et peccatū. Comendatur et Beatissima
a sumā sapiā, per quam diaboli regnū
confudit, et caput suū contrivit. Judith. 15.
Una mulier Hebraea i.e. Maria fecit con-
fusionem magnā et inopinabilem in domo
Regis Nabuchadonosor diaboli, confudit n. superbiā
eius per humilitem, astutiam p sapiam et
sic de aliis. Ipsa est illa, quae transit filium
Dei de caelo in uterū suū, ut ipsa sibi Mr

fieret Incarnōis et domus habitōis. Judith. 15. A
Joachim. Gloss. qui inr̄pretatur Dn̄i resur-
rectio, signat Chr̄um, qui venit de Jerusalem
in Bethuliam. gloss. i.e. in Uterū Virginis,
ut videret Judith. Gloss. i.e. probaret fidē,
et dilectionē; quae cū exisset per Nativitē,
dixerunt ad eam omnes unā voce bn̄dicentes:
Tu gloria Jerusalem, i.e. illorum qui sunt in
caelo, tu laetitia Israël, i.e. dolentium et gemen-
tium pro peccatis in hoc mundo, tu honorificā
populi nr̄i abiecti, qa fecisti viriliter. Gloss.
contra Principem mundi, et ideo eris bn̄dicta à
Deo, ab Angelis et hominibus, et dixit ōis po-
pulus fiat fiat. Item ipsa est comminatrix
omnium laedentium servos et ancillas filii sui.
Judith. 16. Vae genti. Gloss. in perpetuū, in sur-
genti contra genus meum; i.e. cultores Dei.

Liber Hester.

In diebus Assueri Regis. ~

Hic commendatur B.ma Dna à supremâ Potiâ, quam post Deum ht super omnes creaturas. Hester. 2. Hester erat formosa valdè. Gloss. circumdata variete uirtutum, incredibili pulchritudine, omnium oculis gratiosa. Oibus n. placet, Deo, angelis, iustis, peccatoribus, et amauit eam rex Assuerus, i.e. Chrus, plus quam omnes mulieres, et posuit diadema regni in capite eius. Gloss. Consortem eam regni fecit. Ecce potia, fecitq eam regnare potenter, largiter aeternaliter. Potenter regnat, qa ei oia subdita sunt; largiter regnat, quia ditissima, et tribuit cui uult, qm et qn uult, et quotiescunq uult. aeternaliter, qa regni eius n erit finis. Dr go merito Regina potentissima, largissima et aeterna. haec tria in nullâ reginâ, nisi in eâ solâ concurrunt.

— Item ipsa est sponsa Dei, et cuius nuptiis dig-
nissimis dr Hest. 2. Rex Assuerus, i.e. Chrs pro A.
coniunctione et nuptiis Hester, i.e. Mariae in
die Annuntiationis celebratae, quorum conciliator fuit
Gabriel, iussit praeparari convivium. Gloss. i.e.
gaudium spirituale permagnificum in toto orbe,
in caelo et in purgatorio. Dies n. mxi gaudii est
dies Incarnationis Filii Dei, cunctis principibus et servis
suis. Gloss. i.e. Maioribus et minoribus, et requiem
Universis provinciis. requiem gratiae terrestribus, requiem
gloriae caelestibus, requiem liberationis in purgatorio manen-
tibus. Ac dona largitus est sdm magnificiam
principalem, regaliter dans, viriliter dans, celeriter dans,
et hilariter dans. Unde clamat invitando nos
dicens, illud quod homo et monte Ephraim, Ego
praebeo omnia; peto tm ne in platea maneas.

— Item ipsa est domus et vestiaria, ex qua indutus B.
est filius Dei carne, peccator veniae, victus gratiae,
perfectus gloriae. Hester 4. Mardochaeus indutus

erat sacco mortalitatis et miseriae, sed nunc eheu multi sacco mortalis culpae, et sedebat ante fores palatii gratiae et gloriae. non n. erat licitum indutum sacco aulam regis intrare. gloss. qa nullus cum corruptione praesentis vitae aulam coelestem intrabit.

Quod audiens Hester, misit ei vestem nuptialem, ut ablato sacco indueret eam, pallium scil. laudis pro spiritu maeroris.

Item ipsa est virga aurea signum vitae aeternae. Hester. 4. Vir sive mulier quicunque atrium interius non ~~vocavit~~ vocatus intraverit. gloss. non habens vestem nuptialem. Autem interficiatur morte aeterna, nisi forte Rex auream Virgam i.e. Mariam ad eum retenderit pro signo clementiae, ut sit ei in propitiatricem, ut possit vivere.

Item ipsa est inventrix et revocatrix desperatorum, Ideo n. Christus eam creavit in Nativitate, et assumpsit in Matrem in Incarnatione, et exaltavit super omnes choros Angelorum in Assumptione, ut pro peccatoribus intercedat. Hester. 4. In domo Regis es. gloss. in interiori Regis sinu prae cunctis Judaeis, imo prae

omnibus Angelis et sanctis omnibus. Si n. nunc,
hoc est in tempore angustiae nrae silueris, i.e. n. inter-
cedis pro nobis, absit à te, qa dns desiderat audire
te, dicens illud Cant. Sonet uox tua in auribus
meis &c. Et qs nouit, utrum idcirco ad regem
Veneris à Deo praeordinata, à Patriarchis figu-
rata, à Pptis praenunciata, à peutoribus postu-
lata, à tota Trinitate electa et praeelecta, ut in tali
tempore iracundiae Dei tribulones et maerores houm
filiorum Adam depreceris. gloss. ideo Rex te fecit
reginam, ut nobis in persecutione auxilieris.
Commendatur et Regina nra à mxa fidelitate, bonitate
et misericordia, quae consideratur in hoc, quod
fere tota eius supplicatio est pro nobis coram Deo,
ut ab hostibus liberemur. Vn Hester. 5. Induta
est Hester regalibus uestimentis. gloss. fide, spe,
et charitate, et caeteris uirtutibus, quibus induta regi
dignius societur, et stetit ut peuatrix, aduocatrix,
et adiutrix, postquam assumpta est in Atrio domus
regiae. Et Rex sedebat sup solium, et cum uidisset
Hester reginam, naam, gram, glriam, largitate, dignitate, nobilitate
miserore prae omnibus praecipuam, stantem n. ut luciferum

superbū sedere volentem, sed stantem misera-
bilr iuxta Crucem, et misericorditer et fidelr in
cælo pro peccatoribus, placuit oculis eius, et ex-
tendit contra eam Virgam aureā, i.e. potestatem,
quam vult Mrem suā habere in cælo, et in terrā,
et sub terrā. Dixitq ad eam Rex: Quid vis Hester
Regina? quæ petitio tua? etiamsi dimidiam ptem
regni mei petieris, imo totam dabit tibi. et illa
dixit. Hester 8. si inveni grām in oculis tuis,
ô Rex, dona mihi populū meum. Gloss. fide meū,
devotione meū, et tuā comissione, pro quo obsecro,
stans qnq apud Crucem miserabilr, s nunc apud
te in cælo lætanter; qmodo enim potero sustinere
necem et infrfoem populi mei, cum possim et
sciam, et velim ipsos liberare per te, et per tuos,
et per me.

Item ipsa per suū ortū et Nativitatem totam Ecclesiam
luce gaudii immensi perfudit. Hester. 8. Judæis,
i.e. Christianis, nova lux i.e. Maria oriri
visa est, qn scil. nata est. Ipsa primirū est
gaudium mæstorū, et tripudiū omniū beatorū.

Liber Job.

Vir erat in terra Huss. nõe Job. A
Regina mundi Virgo Maria dr̃ aurora surgens.
Job 3. exspectet lucẽ et n̄ videat. Gloss. qui
prava agit, vel eo bona n̄ recto corde, nec
ortum surgentis auroræ i.e. Mariæ, quæ
in Nativitate suâ orta est tenebrosis peccatoribus.
ad illud gloss. aurora priores tenebras deserit, et
in lumine iustitiæ venit. Adventus et eius
optatus est multiplr̃ in mundũ. Job. 14. Re-
cede paululũ ab eo. Gloss. qa recessus n̄ dat quies-
cere, donec optata veniat, optata à Patriarchis
et Pp̃tis, et ab omni gn̄re humano. Sed quo veniat,
Veniat inquam Deo in coadiutorem. Vn̄ in gen.
faciamus ei adiutorium simile sibi, Justis in gr̃am,
peccatoribus in veniam, angelis in lætitiam,
diabolo in mæstitiam.
Ipsa et est solium Misericordiæ, ad quod veniens
peccator absolvitur. Job 23. Quis mihi tribuat,
ut veniam ad solium eius, i.e. usq ad Mariam,
quæ solium est misericordiæ, et tunc ponã corã

eo iudicium, et os meum implebo increpoibus,
ut sua verba misericordiae mihi respondeant.
Item ipsa est aurora terrens daemones. Job 24.
Si subito apparuerit aurora, i.e. Maria, vel
in lucem mundi nascendo prodiens, vel in caelum
ascendens, ut peuatori gratiam auctoritate Dei
infunderet, arbitrantur ipsi daemones umbram
mortis. Gloss. qua de hoc dolent.
Ipsa est, quam in se est, nulli denegat lumen
gratiae et misericordiae, sicut Baldus ad Job. 25.
super quem non consurgit lumen illius, scil. Mariae,
super quem scil. Angelorum, vel electorum, vel
iustorum, vel peuatorum, non consurgit lumen
illius in praemium vel in adiutorium?
Item ipsa est locus unitatis Diuinae, et
humanae naturae. Job. 28. Auro locus est, i.e.
Filio Dei Virgo Maria, in quo conflatur,
i.e. unitur diuinitas humanitati, maiestas
infirmitati, aeternitas mutabilitati. Si ergo
tu volueris Deo uniri, accede ad Mariam,
ut efficiaris unus spiritus cum Deo.

Item ipsa est lucerna splendens, et petra fundens oleum. Job. 29. Quis mihi tribuat ut sim iuxta menses pristinos, quomodo splendebat lucerna eius, i.e. Maria, super caput meum, ad lumen n. ambulandum est in tenebris, quando Petra i.e. Maria fundebat mihi riuos olei largiter et libenter. Gloss. i.e. dona Sancti Spiritus.

— Ipsa etiam bene comparatur Job, qua omnes uirtutes A quae in eo commendantur, ipsa in summo habuit. Ostendit igitur Maria in persona B. Job Dei in se secretam habitationem. Job. 30. Deus secreto erat mecum in tabernaculo meo, quod contra hypocritas, qui ostendunt eum in manifesto cum eis esse, quod tamen non est.

— Ostendit etiam se esse liberatricem uociferantium peccatorum. Job. 31. Auris audiens beatificabit me dicens, benedicta tu in mulieribus, et oculus uidens fidelitatem meam testimonium reddebat mihi, quod liberasse misericorditer et potenter pauperem uociferantem, i.e. peccatorem, quem diabolus suffocabat, infernus absorbere uolebat, et contra quem omnis creatura insurgere dispo-

nebat, et pupillū cui n̄ erat adiutor nec
inr̄ Angelos nec inter homines.

Ostendit ex se ēē releuatricem cadentium
Job. 39. Benedictio perituri in aīā et corpore,
et perituri coram Deo et oī creatura sup̄a
me ueniebat. Gloss. bn̄dictio perituri euenit,
cū peccatoris interitum praeuenit, et à culpae
foueā reducit. Et cor viduae consolata sum, i.e.
animae à Deo viduatae.

Ostendit ex se peccatorū caecorū ductricem, et
claudorum sustentatricem. Job. 39. oculq̄ feci
caeco, i.e. peccatori, ipsū ducens, ipsi ~~uita~~ uiā monstrans,
ipsū à foueā inferni defendens, et pes claudo,
i.e. peccatori.

Ostendit ex se ēē diaboli et peccati et inferni
spoliatricem, et peccatorum ereptricem. Job. 39.
Conterebam molas iniqui, i.e. ~~peccat~~ diaboli,
insidias eiq̄ nudando, et de dentibq̄ illiq̄ eruendo
peccatorem, quem iam comedebat, et deglutire
volebat miserabilr̄, auferebū. Gloss. conuertendo.
Item auferebā ex violenter, sapienter, totalr̄,
et finalr̄ praedā, i.e. miserum peccatorem.

— Ostendit et se esse aridissimi mundi copiosissi-
mam irrigatricem. Job. 29. Exspectabant
me, i.e. meum aduentū per Natiuitatem in
mundū, hi qui in terrâ et in purgatorio erant,
sicut pluuiam salutiferā, mundam et genera-
lem, et os suum aperiebant, sicut ad imbrem
serotinum. Ostendit et se more Filii et lar-
gissimam grarum datricem, Job. 13. Si nega-
ui quod uolebant, pauperibus. Gloss. et oculos
uiduae expectare feci, i.e. distuli dare expec-
tantibus me, lumen tarditatis fuscat: n solū
n. ex munere, ss excellentia muneris bonorū
operum merita augentur.

Ostendit et se ee famelicarū animarū ciba-
tricem. Job. 31. si comedi buccellā meam
solus, i.e. mihi à Deo data n communicaui
cum aliis, seqr et n comedit, imò quod plus
est, buccellā, i.e. corpus Filii mei n communi-
caui aliis, seqr, et n comedit abundanter, et
fiduciatr et regatr, iuxta illud Psal. Panem
Angelorū manducauit homo, hō pupillus ex eâ,

cuius Mr ego sum per miseroem et cibatrix per largitem. Gloss. solent nonnulli largiri, ss habere pauperes socios refugiunt, gram cois uitae n habentes, ss praeiudicium pietati se facere existimarent, si soli comederent, quod Dng omnium communiter creasset.

Ostendit et se n misericordiam continere posse, praecipue qn inuocatur. Job. 31. Ab infantia creuit mecu miserac, magna, pia et diffusa, et de utero matris meae egressa est mecu abundanter et coiter.

Ostendit et se n posse despicere quemquam et peccator sit, dum tn quaerat misericordiam. Job. 31. si despexi praetereuntem. Gloss. qa quidam magis dant pro notitia, quam pro naa, eo quod n haberet indumentu uirtutu. Gloss. pp hoc n despexi absq operimento pauperem, et sim in uestitu deaurato circumdata varietate, si n bndixerint mihi latera eius, et de uelleribus ouiu mearu calefactus est. Gloss. haec est pietas.

Ostendit et se et iudicem misericordiae magis qua iustitiae in causa peccatoru. Job 31. Si leuaui

super pupillū, i.e. peccatorem, manū meā, scil. ad opprimendum eum; cum viderem me præpositam. Gloss. i.e. in iudicio superiorem omnibus Angelis et sanctis. Gloss. n. quod iuste competit, iustum vehementer exigit, et qn. iudico ex iustiā peccatorem se iudicet.

Ostendit et se eē hospitam et receptricem generalem Dei et hominū largissimā. Job 31. foris n. remansit peregrinus, hospitium uteri Virginalis præbens filio Dei peregrino, et hospitium grāe, misericordiæ, et gloriæ viatori patuit, celeriter, totaliter et frequenter. A

Ostendit et se eē reginā cælorū. Job. 29. Cū sedentem regaliter, potenter et sublimiter, quasi regina, et uxor et Mr regis æterni, circumstantium peccatorum mærentiū consolatrix. B

Item ipsa est Aquila singularis, de cuius laude et præconio loqr. Aug. ad Job. 39. Nunquid ad præceptū tuū sicut ad meū, qui quicquid præcipio inspiro, levabitur, in naā, in grā, in gloriā, et in oī prærogativā, aquila, i.e. Maria, sup

oēs choros Angelorum, et in arduis ponit nidū
suū, pupilli eius saniem lambunt, et ubicunq
fuerit cadauer statim adsunt. Gloss. Chrus sedens
in caelo iustorū est refectio.

Liber Proverbiorum.

Parabolæ Salomonis filii David Regis Israël.

Regina omnium creaturarū uocatur à Salomone Sapia. Prouerb. 6. Dixi sapiæ, soror mea es, i.e. Mariæ. sicut n. sum̄am humilitatem habuit. ita sum̄am sapiam. Eccli. ubi humilitas, ibi et sapia; sed in Maria fuit improportionabilis ~~sapia~~ humilitas, go improportionabilis sapia. Sapia n. est gustus quidam spiritualis et primæ ueritatis, per modū sum̄æ bonitatis, quam ipsa præ omnibus habuit. Hanc sapiam debemus ad Salomonis consilium uocare sororem nr̄am, Ss. ga seqr, ut custodiat te, quasi sapientissimā et fidelissima à muliere extranea, i.e. ab omni immundā et prauā uoluntate, et ab ea, quæ uerba sua dulcia facit, cum sint amarissima. Item ipsa est saccus Redemptionis, in quo Deus abscondit pretium humanæ redemptionis, Prov. 7. sacculū, i.e. Mariam pecuniæ liberoris

humanæ secum tulit, in die plenæ lunæ in domũ suam reversurus.

Item ipsa in personâ veritatis increatæ, et sapiẽtiæ æternæ clamat ad nos p Salomonem. Prov. 8. Audite me tnqm matrem filii, qa de magnis rebus locutura sum: Dnus possedit me, quasi diceret, magna sũt quæ dico, qa fecit mihi magna qui potens est, de hoc grãs ago, qa Deus Pr, Deus filius, Deus Sprus Sctus sicl. possedit me Pr per potiam possedit me ab omni peccato potiatr eripiendo, Filius possedit me per sapiam in coopoe assumendo ad gnris humani Redemptionem. Gen. 2. Non est bonũ hoem ẽe solum. &c. Sprus Sctus possedit me tnqm templũ gliæ dignanter inhabitando, et omni grã totatr implendo. Luc. Ave grã plena. et alibi: Sprus Sctus supveniet &c.

Item grãs ago sibi, qa per eum æternũ sive ab æterno ordinata sum; nullus n. Angelorum, Seraphim vel cherubim, ss ipse æternus ab æterno ordinavit me.

Item Sum̄us Papa ordinauit me, i.e. exorcistā
qm̄ ad dæmonū expulsionem. Vn̄ gen. Ipsa
conteret caput tuum &c. In Ostiariam, qm̄
ad immundorum exclusionem, et mundorum int,
roductionem. Ezech. 43. Porta hæc clausa erit
principi, et princeps ingredietur per eam.
q.d. porta hæc pn̄pem et imitatores suos
introducit, et indignis clausa erit. In lectorē
qm̄ ad omnium Pr̄tarum expositionem ad
litterā in seipsā. Vn̄ Isai. : Ecce Virgo
concipiet &c. et Angelus ad ipsam: Ecce
concipies &c. In acolythum, qm̄ ad illuminoēm.
Cant. Quæ est ista, quæ ascendit quasi au,
rora consurgens. et illud: Orietur stella &c.
in Subdiaconū, qm̄ ad ~~Verbi~~ diuini obseruoēm
qm̄ ad doctrinæ Ap̄licæ complexionem. In
Diaconū, qm̄ ad Verbi diuini obseruoēm, quod
aliis scribendū narrauit. Vn̄ Luc. Maria
conseruabat oīa Verba hæc, conferens &c.
In sacerdotem, qm̄ ad corporis Ēni de seipsā

formationem. communicauit n. nobis corpus
filii sui in cibum, et sanguinem suum in
potum. In Episcopum, quam ad sollicitudinem
omnium Ecclesiarum. In Papam, qui est
Pater Patrum habens in caelo et in terra potestatem;
sic et ipsa est Mater omnium Christianorum, et
habet potestatem in caelo et in terra, et in purgatorio
et in inferno. Sic ergo Mater Dei regina caeli totaliter
ordinata. Vel aliter: ordinata sum, ut dicit Ber-
nardus, Angelo in caetitiam, iusto in gratiam, peua-
tori in Veniam, triti in consolationem, captiuis in
Redemptionem, diabolo in conculcationem. Tertio gratias
ago de hoc, quod concepit me per praedestinationem
contra mortis et peuati destructionem. hoc
notatur ibi. Necdum erant abyssi, i.e. daemones,
Vel abyssi misericordiae et peuati, ex ego iam con-
cepta eram, scil. in praescientia et praedestinatione Dei,
ut exhiberem lucem contra tenebras, gratiam contra
culpam, uitam contra mortem. Quarto gratias
ago de hoc, quod assumpsit me ad componendum.
quod notatur ibi. Cum eo erat cuncta componens,

in utero meo per Incarnationem componens eram primum cum ultimo, parvum cum magno, Deitatem cum humanitate. Vn. prov. vet. procul et de vet. finib. &c.

Item eram componens in mundo, per Filii mei Passionem totius generis humani redemptionem.

Item eram componens cum Filio meo celestia ad inhabitandum, terrestria ad peregrinandum, infernalia ad cremandum.

Commendatur etiam B.ma Virgo Maria a sua fideli charitate, qua Matrem se nostram nominat, et nos eius filios appellat. Prov. 8. Nunc ergo filii audite me, vocantem, consulentem, pro vobis intercedentem, et vos instruentem. Beati sunt corde et anima, qui custodiunt vias meas, vias humilitatis contra superbiam, castitatis contra luxuriam, largitatis contra avaritiam. Et qui me inveniunt humiliter et devote et fideliter serviendo, inveniunt vitam gratiae, gloriae, et hauriunt salutem a Domino, animae et corporis, a Domino scil. qui est salus aeterna.

Commendat eam Salomon à fortitudine. prov. ult.
Mulierem fortem quis inveniet, sicut Ma-
riam? Tria sunt quibus fortitudo mxa
appriatur, scil. Deus, mors et diabolus. Deum
per humilitatem quodamodo superavit. Vn
Gregor. Eia quanta virtus est humilitas, pp
quam solam veraciter edocendam, is qui sn
aestimoe est magnus, factus est usq ad Passio-
nem parvus. Item mortem cui nemo
mortalium resistere potest, superavit, qa
per eam vita rediit. Item diabolum in nihilum
cum omni eius potestate redegit. Vn gen.
Ipsa conteret caput tuum.
Item commendatur à confidiâ, quam quis
hr in ipsâ. prov. ult. Confidit in eâ cor
viri sui. Glos. ut Deus in castro inexpugnabili.
Omnes enim sancti expugnabiles fuerunt
saltem qm ad venialia. haec autem omninò
inexpugnabilis. Vel confidit in eâ ut negotia-
tor in uxore negotiosissimâ, qa nullus angelorum

vel houm tantas acas Deo lucratur, sicut ipsa. Vel confidit in eâ ut pr in filiâ prudentissima. Ipsa n. scit sola prae oibus prudenter allegare coram caelesti pnpe de peccatorum salute.

Item commendatur ab eius officiosissimâ opoe. A
prov. ult. Quaesivit n. lanā et linum, et opata est consilio manuū suarū. gloss. qa opuit Dei filium humanitē, peccatorem miseroē Ecclam Scti Sprus illuminoē.

Comparatur navi applicanti ad portū ppt B.
utilitem. Prov. ult. facta est. scil. Virgo Maria, quasi navis refertissima instituris scil. Chri, de longe portans panē suum scil. nobis. Psal. Panem Angelorum manducavit hō.

Commendatur et à fortitudine, i.e. manū suam misit ad fortia, fortia dicit perfecta opa, ut est diligere inimicos, bn

facere odientibus, et orare pro persequen-
tibus nos.

Commendatur et à largitate. ibi. manū
suam aperuit inopi, et palmas suas en-
tendit ad pauperem. tanta n. eius
fuit largitas, ut se totam aperiret per
largitatem; aperuit n. uterū filio, oculos
peccatoribus ad flendum, aures ad preces
eorū audiendas, et os ad placandū. Vn̄
subditur. Os suum aperuit sapiēciæ, et
lex clementiæ in linguâ eius. Gloss. ut
non statim puniatur ut lex Moysi, sed
sper misericorditer pareat.

4. Commendatur et à summâ beatitudine.
ibi. Surrexerunt filiæ eius et beatā
prædicauerunt. prædicauerunt beatam

in naā, beatiorem in grā, beatissimā in
gbā. Vel prædicauerunt eam beatam sup
oēs coniugatas, beatiorem sup oēs viduas,
beatissimam sup oēs Virgines. Vel præ-
dicauerunt eam beatam in conuersione
peccatorū, beatiorem in conseruoē iustorū,
beatissimam in coronatione Electorū.

Commendatur etiā à diuitiarum immensitē
ut ibi: Multæ filiæ congregauerunt
diuitias, i.e. oēs ācæ beatæ particulariter,
difficulter, enitr; tu vō quæ Dei Mr̄ es
supergressa es Vniuersas, in multipli-
citate, pretiositate, et gratiarū
omnium imēnsitē.

Liber Ecclesiastes.

Verba Ecclesiastes filii David Regis Jerusalem &c.

Imperatrix Virgo Maria commendatur
à Salomone, à suæ Nativitatis utilitate, et
Assumptionis suæ gloriositate Eccl. 1. Oritur
sol et occidit, et ad locum suum revertitur.
Sol iste est Virgo Maria, qui ortus est toti
Ecclesiæ, quando nata fuit. Sciendum autem in
genealogiâ, quod nata narratur fuisse
à bonis et à malis. Quod à bonis orta fuit
triplex potest esse ratio: Prima, ut nobilitatis
antiquitas ipsam nobilitaret, qa unaquaeque
arbor de fructu cognoscitur, tale n. magis
tale in causa per virtutem perficit, quod
ad ipsam ex naturæ origine inclinatur; virtutes
n. partim innatæ sunt nobis, perfectæ autem
per consuetudinem. Secunda ratio est, ut sanctitas
eam undique circumdaret, retro per nobilitatem,
ante per utilitatem, supra per dignitatem, infra
per potestatem, à dentris per virtutum summitatem,

à sinistris per peuati immunitatem, intra per charitem, foris p conuersationem perfectum. Tertia rao est, ut eius humilitas humilior appareret, qa ut dicit Bernardus. In alto positus n' alta sapere, sed humilibus consentire, nil Deo carius, nil apud homines rarius inuenitur. Triplici et rõe orta fuit à malis. Prima est, ut comparaõ alterũ extremorum extolleret, iuxta illud: opposita iuxta se posita magis elucescunt, ut lilium inr spinas. sicut spina rosam, genuit Judaea Mariam. Secunda raõ est, ut Sapia misericordior appareret; est n. exitus de bono ad bonũ. Vn gen. 1. Vidit Deus cuncta quae fecerat, et erant ualde bona. Est exitus de malo ad malũ. Eubulus. Initium omnis peuati superbia. Est et exitus de bono ad malũ, ut de muliere peuati initium. Est et exitus de malo ad bonũ, et hoc solius Dei est proprium, cuius sapia uincit malitiam &c.

Tertia rāo ē, ut confidēram peccatoribus generaret, per hoc, quod ut mediatrix eorū eādem propinquitate utrámq extremitatem attingeret, ut sicut eēt soror Dei, et mr̄ et filia, sic et eēt Mr̄ et soror et filia rei, et sic eēt à nāā inclinaretur ad miserendū peccatori. Hic est arcus positus in nubilo cœli, in signum fœderis inr̄ cœlū et terrā: n̄ n. potuit Deus ~~cum~~ cum peccatoribus stabilius et efficacius firmare pacem, quàm quod filiam peccatorū filio suo accepit in sponsam et in Matrem, nec aliqs fidelius inr̄ Deum et hōem pacem facit, quàm quæ Mr̄ virtutis extitit. Seqr, et occidit, qn̄ vitam suam per mortem soluit, et ad locum suū revertitur, i.e. ad cœlū à Deo æternaliter præparatū.

Commendatur B.mu Dn̄a ab omni grārum abundiā et immensitate. Eccl.s. i. Omnia flumina ~~ut~~ intrant mare, et mare n̄ redundat,

scil. per superbiam. Maria inter pretatur
Dna, vel illuminatrix, ~~vell~~ vell illuminata,
vel Stella maris, vel amarū mare, quae inter
pretoes optimè ipsi conveniunt. Ipsa est dna,
qa omnium, quorū ipse Deus est Dnus, et ipsa est
Dna, et in hoc notatur singularis excellentia.
Ipsa est et Stella veri solis sn corruptione vel A.
diminoē generativa, et in hoc exponi suae
conceptionis puritas. Ipsa et est omniū
bonitatū Vrsalis distributrix, et ideo dr
Stella. Dr et mare, qa omnibus gratiis
ditissima et plenissima: qa sicut in mari
est omnium aquarū congregaō, ita in ipsa
est omnium gratiarum adunatio. Gen. 1. con-
gregoes aquarū appellavit maria. Ipsa
et fuit in suiipsius conversatione in hoc
mundo per totū Amara, sed in filii Passione
amarissima. Insuper omnibus de amaritudine
exeuntibus causa et exemplū.

Liber Cantici Canticorum

Osculetur me osculo oris sui. &c.
Hic commendatur Dna Angelorum à Salo-
mone à reconciliatione Dei et peccatorũ,
Vn merito templum Pacis dr, in quo osculata
est Diuinitas humanitatem: in quo templo
misericordia et veritas obuiarunt sibi &c.
Cant. 1. osculetur me osculo oris sui &c. gloss.
In Incarnoe Filii, quae est praelibaõ communi-
cationis nrae et Dei. Bernardus: osculans sibi
Verbum assumens, osculante et osculato conficit,
persona ipsa, mediator Dei et houm, ho Chrus
Jesus, minimè igr mihi suspectus erit, fr n.
et caro mea est, puto en spernere me n poterit ×
Chrus os de ossibus meis, et caro de carne meâ.
Item comendatur à pulchritudine, quâ interius
et exterius praepollebat. Cant. 1. Ecce tu

pulchra es amica mea. Gloss. simplicitate cordis
et munditia operis. oculi tui columbarum. gloss.
quibus Deum simpliciter intueris, et nihil aliud nisi
ipsum quaeris. De pulchritudine Virginis
Mariae sciendum, quod sicut Filius fuit speciosissimus
forma prae filiis hominum, ita ipsa pulcherrima inter
filios et filias hominum. Habuit n. in pulchritudine,
quae potuit esse in mortali corpore. Quod n. Evangelium
nihil scribit de pulchritudine eius, una est esse causa,
quod cum Domina nostra nobis posita sit in exemplum et
in speculum salvos fiendi, non vult eam a talibus
laudare, quorum inordinatus appetitus vel usus
fuit multis, et est hodie causa pereundi. Alia
causa est, sicut Angeli supremi a donis nobilioribus
laudantur et denominantur, et non ab inferioribus,
quae tamen in ipsis esse non dubitantur; ita et B.ma Virgo
donis spiritualibus plenissima, donis gratuitis nobi-
lissima, ita ipsa occupat animos laudantium, quod
bonorum corporalium obliviscuntur. Tamen pro

infallibili regula debemus habere, omnes, qui eam diligimus, quod quicquid renqm bonitatis in aliquo Sanctorum fuit, vel pulchritudinis, ipsam hos in huiusmodi per excellentiam excreuisse.

Item ipsa est lilium totius castitatis et odoris. Cant. 2. Sicut lilium inter spinas &c. gloss. quod pungitur spinis, candorem tamen retinens, et tunc maiorem odorem effundens. Nunquid non fuit lilium nostrum inter spinas detrahentium et filio eius. Luc. Nonne hic est filius Mariae &c. et mente quando stetit inter crucifixores iuxta ~~cru~~ crucem apud filium.

Item ipsa est cellararia totius Trinitatis, quae de uino S. Spiritus dat et propinat cui uult, et quam uult. Unde et congratulando dicit Cant. 2. Introduxit me rex in cellam uinariam: gloss. i. e. in Ecclesiam, in cuius unitate S. Spiritus solet dari et accipi. Vel cella uinaria est caelum empyreum, ubi omnes inebriantur ab ubertate domus Dei, in quam introducta fuit a Rege in die Assumptionis. Ordinauit

in me charitatem, quam mihi excellentissime sup omnes dedit, quod sic probatur per Lucam. Quaerenti Dno de duobus debitoribus, quorum unus debebat denarios 500, et alius 50, et non habentibus unde redderent, donavit utrique. Quis ergo eum plus diligit? Respondit ei Simon: aestimo, quod is, cui plus donavit. Sed Bmae Virgini sup oes creaturas plus donatum est, ergo sup oes creaturas plus diligit.

Item Deus dat omnibus abundanter, illuminans omnem hoem venientem in hunc mundum, non tamen oes recipiunt aequaliter, cuius diversitatis causa duplex est, Una ex parte recipientis, qua alter altero capacior est, iuxta illud: divisit illis bona sua, unicuique secundum propriam virtutem. Gloss. i.e. capacitatem, hanc autem capacitatem operatur humilitas, iuxta illud humilibus dat gratiam, ergo ubi maior humilitas, ibi maior capacitas est, sed ipsa sup oes humillima fuit, ergo maxime capax, ergo maximam gratiam recipere potuit, scil. quam recipere potuit, tantum recepit.

Item ex parte dantis est dissimilitas doni, qa cum dans det sdm rōem, et rāo respiciat finem, maius donū dat, quod dat ad maiorem finē; Vt Imp. maius donū daret ad essendū senatorem, quam cui dat ad essendū simplicem seruitorem. Sed datur Mariæ grā ad essendum Matrem Dei, et omnibus aliis datur ad essendū seruos et ancillas Dei. Sicut gō improportionabiliter maius est ēē Matrem Dei, quam Seruū Dei, ita improportionabilr erit maius donū, in quo omnia donantur est charitas Bmæ Virginis, gō improportionabilr maior erit charitē omnis creaturæ. Habuit et B. Virgo summam charitatem ad proximū, quæ animā Filii et ipsū Filium pro proximo posuit, quem plus, quam ppriam animam dilexit, insuper obtulit, et sic est, quod dr, et tuam ipsius animā pertransiuit gladius.

Item ipsa est speculū totius pulchritudinis post Deum. Cant. ii. ostende mihi faciem tuam, faciem scil. humilitatis, quam

ostendisti in meâ Incarnõe dicendo: Ecce Ancilla
dñi. faciem palloris, quam ostendisti in meâ
passione; faciem summi decoris, quam ostendisti
in tuâ Assumptione. Sonet uox tua in auribus
meis. Vox pietatis, qñ dixisti: Vinũ n̄ hnt. Vox
fidelitatis, qñ consuluisti, quæcunq dixerit uobis
facite. Vox doloris qñ dixisti, Fili quid fecisti
nobis sic. Vox inuitõis ad famelicos peccatores
inuitandos. Prov. 7. Venite comedite panem
meum &c. Eccl. Transite ad me omnes &c.
Itæ uoces dulciter sonant in auribus meis, Vox
n. tua dulcis, et facies tua decora.
Item ipsa est lectulus Salomonis, in quo requie- A
uit 9 mensibus Filius Dei. Vñ ipsa dicit: Qui
creauit me, requieuit in tabernaculo meo.
Item ipsa est turris munitissima in se et in
aliis. Cant. 4. Sicut turris David collũ tuũ,
quæ ædificata est cum propugnaculis, mille
clypei pendent ex eâ. Ibi quisq inueniet

defensionem contra malũ suum. Ibi pendet clypeus Castitatis contra luxuriam, humilitatis contra superbiam, charitatis contra inuidiam, largitatis contra auaritiam, omnis armatura fortium in eâ.

Item ipsa est, quam tota Trinitas multiplici nõe ad se uenire inuitauit. Cant 4. Tota pulchra es amica mea. Gloss. immanis et à veniali peccato, et ideo macula n̄ est in te. Veni de libano sponsa mea. &c. et dicit Veni pp fidem Trinitatis. Notandũ, quod multũ dilecta res multiplici nõe solet à diligente appellari. Sic B.ma Virgo uocatur à Deo, amica, columba, dilecta, sponsa, formosa, soror, immaculata, perfecta, electa, Sunamitis, filia, dysitem horũ nõum nota et Virgini adm aptagloriosæ.

Item ipsa est, quam Salomon comparat auroræ in suâ Natiuitate, lunæ plenæ in filii Dei ineffabili conceptione, soli in suâ assumptione, terribili

castrorum aciei in dæmonū effugatione.
Cant. 6. Quæ est ista, quæ progreditur sicut
aurora &c. Item ipsa est, ad quam omnis pere-
grinaō clamat. Cant. 6. Reuertere reuertere,
Sunamitis, reuertere reuertere &c. Hoc
Bernardus in sermone de Assumptione sic exponit:
Reuertere, reuertere primò per nāam, nunquid
ita deificata es, ut nrā humilitatis sis oblita?
nequaquam. Nā, tu sui, in quo nos discrimine
tu reliqueris, ubi iaceant miseri tui, qm̄ delinquant
serui tui; n'en' conuenit tantæ misericordiæ,
tantam miseriam obliuisci, qa etsi se subtrahat à
nobis gloria, reuocat nāa, neq ita impassibilis
es, ut sis incompatibilis. Nāam nrām habes, n'
aliam, et iustum est, ut de rore tantæ pietatis diffu-
sius infundamur. Reuertere secundo per potentiam,
fecit n. tibi magna qui potens est, et data est
tibi oīs potestas in cœlo et in terrâ. Quid tibi
negatur? negatum n'est tibi de ipsis perditionis
fauibus peccatorem reuocare infelicem, et in
spem æternæ beatitudinis eleuare. Imōdo n.

illa potia tua potia obuiare poterit, quae de carne tua carnis accepit originem. Accedis n. ante illud aureum humanae reconciliationis altare, n. solum rogans ut ancilla, sed impans ut dna, moueat te naa, moueat te potia, qa quanto potentior, tanto misericordior ee debes. Reuertere tertio p amorem. Scio Dna, qa benignissima es, et amor nos amore inuincibili, quos in te et per te filius tuus dilexit summa dilectione. Quis scit, quotiens refrigeras iram iudicis, cum iustiae Virtus a praesentia Deitis egrediatur. Reuertere 4to per largitem. In manibus tuis sunt thesauri miserationum Dni, et sola electa es, cui tanta gra conceditur, ~~absit~~ absit, ut cessent manus tuae, cum occasionem quaeras saluandi nos miseros, et misericordiam effundendi. Neq n. gloria tua minuitur ss augetur, cum poenitentes ad uenia, iustificati ad gram assumuntur. Reuertere go Sunamitis, i.e. despecta, cuius acam pertransiuit gladius, quae Vxor appellata fuisti. Ad quid ait?

Vt intueamur te. Sum̄a gloria est post Deū te uidere, tibi adhaerere, et in tuae protectionis munimine demorari. Subueni igr̄ Dn̄a ad te clamantibus iugiter. Fr̄es hic triplex funiculus, qui trahit Mr̄em misericordiae ad nos uisitandos et consolandos, scil. funiculus naē, funiculus amoris, funiculus largitis.

Commendatur et Regina nr̄a à sum̄a post Deū nobilitē. Cant. 7. Quàm pulchri Ingressus tui in calceamentis Filia principum, à qua ipsa quadragesimā et unā generoē descendit.

Item ista nobilitas consideratur in substiā, si nobilem substiam et proprietēm in se possident. Habuit n. in substiā naē perfoēm, et in ācā grā plenitudinem.

Item consideratur in efficaciā, si nobiles de se producat effus, et ipsa ipsū Dn̄um Dei filium de se generauit, et sic Bm̄a Virgo in oībus, in qbus nobilitas consideratur, in sum̄o nobilis inuenitur.

Ipsa n. originē duxit à Regibus à Sacerdotibus et Prophetis. Est n. Regina misericordiae, Sacerdos

iustitiæ, quæ proprio Filio suo non pepercit, sed stabat iuxta crucem, ut dicit Joannes, non solum ut filii dolorem consideraret, sed ut salutem humani generis exspectaret. Prophetissa Sapientiæ, iuxta illud Isaiæ. Accessi ad prophetissam, i.e. Mariam. Et licet esset eleuata per summam Nobilitatem in sursum, tamen per humilitatem seipsam depressit subtus omnes deorsum. Unde Augustinus dicit: quod nequaquam fuisset super omnes choros Angelorum exaltata, nisi fuisset infra omnes humiliata. Et sciendum, ubi nobilitas carnis ornatur Nobilitate mentis, utraque præstat alteri laudis incrementum. Si autem separantur, tunc nobilitas carnis non tantum non laudatur, sed vituperatur. Quia qualitas mali operis contrarie agit nobilitati originis, et tanto detestabilior est deformitas operationis, quanto magis est contra naturalem originis inclinationem et nobilitatis; Nobilitas autem mentis sine nobilitate carnis tanto amplius laudatur, quanto eam propriam vincens naturam laudabiliter operatur.

45408

Commendatur et à delitiarum copiositate.
Cant. 7. Quam pulchra es et decora carissima
in delitiis scil. gratiae et gloriae. Has delitias admi-
ratur Salomon cum dicit. Cant. 8. Quae est ista
quae ascendit de deserto delitiis affluens. &c.
De ista gloriosa ascensione sive Assumptione A
Virginis Matris, sic loquitur Bernardus in serm. de
Assumptione. quae sic incipit. Tempus est
loquendi omni carni, cum assumitur In-
carnati Verbi Mtr in caelum, nec cessare debet
humana mortalitas à laudibus, cum hominis
sola natura supra immortales superexaltatur
in Virgine. Sed de eius gloria silere nec
devotio patitur, nec dignum aliquid sterilis
cogitatio concipere potest, aut incrudita locutio
percurrere. Hinc est, quod ipsi caelestis
Curiae principes in consideratione tantae novitatis
clamant: Quae est ista, quae ascendit de
deserto delitiis &c. q. d. Quanta est haec,
aut unde ei ascendenti de deserto cantatur
affluentia delitiarum, pares n. his non inveniuntur

delitiæ, Quæ est ista sub sole, ubi nihil est
aliud nisi labor et dolor, quæ ascendit delitiis
spiritualibus affluens. Quid nō hic delitias
dixerim: Virginitatis decus cum munere fœcun-
ditatis, decus humilitatis insigne, distillantem
charitatis favum, viscera misericordiæ, pleni-
tudinem grāe, prærogativam gloriæ singularis:
Quid mirantur Angeli de terrâ desertâ Mariam
ascendere delitiis affluentem, mirentur potius Chrm̄
de cœlestis regni plenitudine descendentem? Longè
n. ampliori miraculo videtur Dei Filium paulò
minus ab Angelis minorari, quàm Dei Matrem
sup Angelos exaltari. Illius siquidem exinanitio
facta est nrā repletio. illius in mundo miseriæ
sunt nrā delitiæ. Quæ est ista? Fateor imperi-
tiam meam, pusillanimitatem ppriam n̄
abscondo. Non est siquidem, quod me magis
delectet, sed n̄ ē, quod ~~mag~~ magis terreat,
quàm de gloriâ Virginis habere sermonem.
Quæ est gō istu? Tanto eam devotionis affu

amplectuntur, honorant, suscipiunt, ut dignū est, Universi, ut Cl. de eâ loqui gestiant, oēs tn, qdq̄ dr̄ de indicibili, eo ipso, quod potuerit dici, minus gratum sit, minus placeat, minus attentet.

Quae ḡo est ista? Haec ē, quae nec primā similem visa est, nec habere sequentem: gaudiū Matris habens cum Virginitatis honore. Optimā inquit ptem elegit Maria, optimā planē; qa beata fœcunditas Virginea, ex fœcunda Virginitas. Mariae privilegium ē, alteri n̄ dabitur, qa n̄ auferetur ab eâ. Omnes Virtutes singulares prorsus invenies in eâ, quae videntur communes. Quae est ista? haec est purissima sup oēs Angelos. Quae n Angeli puritas Virginitati illi audeat comparari? Quae est ista? haec est humillima sup oēs pretiosa, est in ipsâ humilitatis Virtus cū tantâ puritate, cum tantâ innocentiâ, cum contientia prorsus absq delicto, imò cum tanta grā plenitudine. Quae est ista? haec est misericordissima. Sileat misericordiam tuā Virgo Maria, si quis est,

qui inuocatam eam in necessitatibus meminerit
defuisse. nos quidem seruuli tui ceteris uirtuti-
bus congaudentes tibi, sed in hac potius nobis ipsis.
Laudamus Virginitatem, miramur humilitatem, si
tua misericordia miseris nobis dulcius sapit, hanc
amplectimur charius, recordamur saepius, in-
uocamus crebrius. Quae est ista? Haec est
totius Mundi reparatrix, haec est n. quae totius
mundi reparationem obtinuit, et salutem omnium
impetrauit. Constat n. eam pro Vniuerso hu-
mano genere fuisse sollicitam. Ei n. dictum est,
Ne timeas Maria, inuenisti gratiam apud Dnum,
gratiam utique quam quaerebas. Quae est ista?
Haec est illa sublimis, cuius longitudinem bonitatis,
latitudinem misericordiae, altitudinem charitatis,
profunditatem humilitatis mensurare nemo potest.
Quis ergo o bn dicta misericordiae tuae longitudinem
et latitudinem, sublimitatem et profunditatem quaerit
inuestigare. Nam longitudo eius usque in diem
nouissimum eam inuocantib. subuenit Vniuersis.

latitudo eius replet orbem terrarum, ut tua quoque misericordia plena sit omnis terra. Sic et sublimitas eius civitatis supernae invenit restauratorem, et profunditas eius sedentibus in tenebris et umbra mortis obtinuit Redemptionem. Quae est ista? Haec est inferni evacuatrix, caeli reparatrix, caelestis Jerusalem restauratrix, vitae perditae donatrix; per te n. caelum repletum est, infernus evacuatus est, instauratae sunt ruinae caelestis Jerusalem, exspectantibus miseris est perdita vita data. Sic potentissima et piissima charitatis affectu, aeque locuples in utroque. Ad hunc igitur fontem sitibunda properet anima nostra, ad hunc misericordiae cumulum tota sollicitudine miseria nostra recurrat. Ecce iam quibus potuimus votis ascendentem ad Filium deduximus et prosecuti sumus, salutando te a longe Virgo benedicta. Quae est ista? Haec est quae ideo ascendit in caelum, ut toti mundo gratiam, quam invenit notificet, reis veniam impetret et egenis medelam. Sic deinceps pietatis tuae, quam apud

Deum inuenisti gr̃am notam fac mundo scil.
rei uendam, ægris medelam, pusillis corde et
afflictis consolõem, periclitantibus adiutorium
tuis sanctis precibus obtinendo. In hac quoq
die solemnitatis et lætitiæ dulcissimũ nõen Mariæ
cum laude inuocantibus seruulis, per te Regina
clemens grãe suæ munera largiatur, Jesus
Chrs filius tuus, qui est sup oĩa bñdictus in sæcula. amen.
Item ipsa est, quam sup oẽm creaturam Deus
allocutus est. Cant. 8. Soror nr̃a, scil. Maria
paruula per humilitatem, sed mn̄a per dignitatem
Vbera n̄ hr̃. quid faciemus sorori nr̃æ fidelissimæ
Verecundissimæ in die Annuntiõis, qñ alloquenda
est p Angelũ exterius per Annuntiõem, à Totã
Trinitate interius ad Filii Dei receptionem, ad hoĩm
reconciliõem, ad inferni clausionem, ad cæli reseraõem,
ad æternã diaboli conculcõem. Item ipsa est murus
defensionis. Cant. 8. Ego sum murus firmissimus,
et ubera mea sicut turris saluans et exultans, ex
quo facta sum coram eo quasi pacem reperiens,
quam nullus poterat reperire. Gen. 8. Ego sum
columba Nõi, Ecclĩæ ramũ pacis deferens Vniuersalis.

ior

Liber Sapientiæ

Diligite iustitiam, qui iudicatis terram. &c.

B.ma Dna Dr Mr instructionis peccatorum stultorum. Sap. 7. Ignorabam ego scil. peccator, qmodo omnium scil: fidelium Chri Mr est Sapia scil. Maria.

Item ipsa est speculum bonitatis Dei, et speculum inuitationis. Sap. 7. Candor est lucis æternæ et speculum sn macula. Glos. et uenialis peccati, et imago bonitatis Dei.

Item ipsa est unitrix Dei et hois, quæ attingit à fine misericordiarum Dei, usq ad finem miseriarum hominis peccatoris. Sap. 8. attingit à fine usq ad finem fortiter &c.

Item ipsa est Mr communicationis omnium bonorum. Sap. 8. et Mr consolationis tædiū auferens per piam consolationem et allocutionem. Sap. puer hanc, sul. Mariam adducere ad conuiuandum, per deuotionem ipsam ad me peruenire inuitans, sciens, qmodo mecum communicabit largiter, fideliter et utiliter, de bonis grā et gliæ, et erit tædii mei allocutio. Gloss. i.e. alleuiatio.

Liber Ecclesiasticus.

Omnis Sapientia à Dno Deo est. C.

Theotocos Virgo Maria dr fidelissima susceptrix in domū dni, in domū scil. grae et gliae, et susceptrix seruorum suorum. Eccli 4.

Sapia, i.e. Maria, filiis suis vitam inspirat grae et gloriae, i.e. Deus per ipsam suscipit gloriose, quaerentes se humilr et deuote, et praeibit in via Iustiae, scil. per gram in praesenti, et postea et in morte praeibit ad viam gloriae, et qmodo introibit? gloss. ibi bndicet Deus illū, scil. ditans et conseruans. Gen. Dixit Jacob ad Laban: bndixit tibi Deus ad introitum meum, multò fortius ad introitum Mariae.

Item ipsa est Mr honorificata, quae cibat filiū esurientem, potat sitientem, exaltat uilificatū, implet uacuū, thesaurizat gram et gliam super egentem, et nōe aeterno glifat se diligentem.

Psal. 6. Matris gloriosæ bn̄ficia tanguntur.
Eccli 15. obuiabit illi quasi Mr̄ honorificata,
et cibabit illum, et potabit eum, et exaltabit
illū, et implebit eum, iucunditēm et exaltōem
thesaurizabit super eum, et nōe æterno
hæreditabit illū.
Item ipsa est lumen Ecclīæ indeficiens. Eccli 24.
Ego feci in cælis ut oriretur lumen indeficiens,
i.e. Maria, et sicut nebula texi omnē carnē.
Item ipsa est thalamus requiei in quo nqm̄
Filius Dei per aliquod peccatū fuit inquieta-
tus. Eccli 24. In omnibus requiem quæsiui,
et n̄ inueni nisi in Maria, ppea in hære-
dite dn̄i morabor, hoc est, in Maria, quæ
antonomastice portio et hæreditas dn̄i nun-
cupatur. Vn̄ pp hanc regem ab Ecclīa ei
dr̄, quæ dn̄o cæli præbuit hospitium
sui Sc̄ti corporis. Quare ipse ei uersa uice
in eius Assumptione præbuit hospitium dicens:
hospes fui et recepistis me, esuriens et cibastis me. ꝯ.
ideo do tibi potestem in cælo et in terra, in mari
et in oībus abyssis.

Item ipsa est tabernaculū dormitōis et quietis A.
Filii Dei. Ecli. 24. Creator omnium et qui
creauit me, et qn̄ aliqs quæreret, quæ cāa
aduentus tui in hunc mundū fœtidissimum.
Respondeo. Creauit me, ut p me sapientissimā B
Deus Pr̄ placaretur. Jurabat n. p Jeremi. dicens:
Non parcam, non miserebor. Sed quid sapiens
Maria dicebat, ex quo ineuitabile est ut percutias,
fiat manus tua sup virum dexteræ tuæ, et
sup Filium hōis, quis confitebitur tibi. qui
ex Diuinitate Verbū tm̄ sufficere possit, et tn̄ sdm̄
humanitatem de illo doleat supra modū. Pr̄
uō illud Isaiæ: Si posuerit pro peccato aiam
suam ⊖ Filiq uō illud Jonæ: Si pp me ista
tempestas orta ⊖. placabo Prem clamore, cruore
morte ⊖. et tunc Pr̄ placatus ait: Volo
mortem peccatoris ⊖ qa iam mortem Filii
mei uideo, sed uolo ut conuertatur et uiuat.
Item creata sum, ut per me ignobilis peccator
nobilitaretur, nihil n. ignobile nisi peccator
et peccatum. Psal. Facti sumus ut Aerius

terræ scil. per peccatū, qui prius fuimus Filii
Dei per grām. Nata go Mariā nobilitati
sumus per eam in naā, qa fres Chri sumus
naā et noē, qa à Chro dicimur Chriani.
Item nata sum, ut debilitas humani gnris per
me fidelissimā iuuaretur. Eccli. Vidi lac-
rymas innocentium, neminem consolatorem. Vn
ipsa consolando nos dicit illud Osee. Perditio
tua Israël ex te, in me auxilium tuum.
Item creata sum, ut per me lucidissimam
tenebræ mundi fugarentur. Gen. 1. fiat lux. i.e.
Maria, quæ illuminat oēs ss dissimilr; coniuga-
tos illuminat ut stella, iuduatos ut luna, Virgi-
nes et Religiosos ut sol.
Item creata sum ut fortitudo diaboli per me
vinceretur. Gen. ipsa conteret caput tuū.
Item creata sum, ut paupertas Filiorū Adam
per me dilaretur
Vn Isidorus in sermone cogitis ne ꝛc. Decebat
Virginem ēē plenā, quæ cœlis dedit gliam,

terris Deum et pacem, gentibus fidem, finē
vitiis, vitæ ordinem, moribus disciplinam. Seq.
Requievit in tabernaculo meo, sed totaliter, qa cū A.
totâ Divinitate et humanitate. Requievit utiliter,
qa in utero meo existens operabatur salutem
in medio terræ. Requievit dulciter, nullū dolo-
rem inferens, et cum integritate virginalis
claustri cubicula intrans et exiens. Requievit
largiter, mihi omnia bona sua secū deferens.
Sap. Venerunt mihi omnia bona pariter. Et
Requievit puriter, purissimus in purissimâ.
Vnde ipse dicit. In civitate sanctificata, i.e.
Mariâ. Potuit n. dicere ei filius, id quod dixit
Laban ad Jacob: modicū habuisti scil. ô Mr Angm
venirem ad te sed gratiam in monte, et divinitatem
in ventre, sed nunc dives et inclyta es effe
effectu, qa Dna es in terrâ, tibi enim traditæ
sunt claves mortis et inferni atq cæli, benedixitq
tibi Deus ad introitum meum. Iste n. est introi-
tus Noë in arcam, qn rupti sunt omnes fontes abyssi

grarum. Item exaltata est in grâ et
gliâ sup omnem creaturã, sicl. ad fugan-
dum diabolum. Eccli 24. Quasi cedrus exaltata
sum in libano, cuius odor serpentem antiquũ
fugat, vel ad sustentandũ onera totius gnris hu-
mani. Item, quasi cypressus in monte Syon,
quae nqm cedit omnibus, sic ipsa nqm aliquibus
tribulibus, vel ad defendendũ, ut item quasi
palma exaltata sum, quae expansis ramis in
modũ manus hoīs ht folia, vel ad pacificandũ,
ut item quasi oliva speciosa, quae est arbor
pacis, vel ad umbrandũ contra calorem tentoum,
ut item quasi platanus exaltata sum, quae alta
est, et lata ht folia, et per ramos diffusa: sic
et Regina caeli. Item ipsa est vitis iucunditis
et laetitiae. Eccli. 24. Ego quasi vitis fructificavi.
Comparatur n. Maria Viti tribus d causis. Primo
qa flos vitis fugat serpentes, sic Maria daemones.
Sdo, qa lacrima vitis sedat impetiginem et
scabiem, sic Maria videl. quodlibet crimen.

Tertiò, qa generat vinum, quod tollit tristiam, sic Maria dat perpetuam lætitiam.

Item B.ma Virgo appellat se quadruplicem Matrem. Matrem pulchræ dilectionis contra luxuriam, Matrem timoris contra superbiam et audaciam, Matrem agnitionis contra ingratitudinem et ignoriam, Matrem spei contra confusā confidiam. Eccli 24. Ego Mr pulchræ dilectionis, ecce primū. et sic dicitur.

Item ipsa est depositorium totius Trinitatis, in quo peccator quærere debet, qdqd in gra necesse hr. Eccli 24. In me oīs gra vitæ contra mortē et veritatis contra mendacium. In me oīs spes contra desperoem, vitæ et virtutis contra vitia. Item ipsa in dextrâ sedens Filii, nra videns pericula clamat. Eccli. 24. Transite ad me ⊂. Notandū, à quo, ad quem et quos ad transeundū invitat. a quo qa à mundo decipiente, à peccato inficiente à diabolo devorante. Vel alr. q. d. Transite d mundo, qa

mundus transit et concupiscentia eius, et vos ad me
transite. Vel transite, quamdiu potestis, et
~~culpa~~ culpa ad gratiam, qui post non voletis.
Sed ad quem? ad me, quae sum peccatorum
illuminatrix. Job. oculus fui caeco.
Item ad me, quae sum peccatorum reconciliatrix.
1. Reg. de Nabal. Vel ad me, quae sum
omnium peregrinorum Christi generalis receptrix.
Job. ostium in via pan Sed quos
invitas ad transeundum ad te? omnes qui concu-
piscitis me, me honorantes et diligentes et per
tenuem devotionem. Sed quare transire debemus?
ut a generoribus meis adimpleamini quae vacui;
ut saluemini, quae perditi; ut dulces efficiamini,
quae amari. Unde Spiritus meus super mel dulcis, omnem
peccati amaritudinem repellens. Vel ad hoc transite,
ut saturemini, ut illud: Qui edunt me adhuc
esurient. e. per desiderium et devotionem. vel
ad hoc ut instruamini. ibi: qui audit me non confunde-
tur, et qui operantur in me, mihi serviendo, non

peccabunt, et qui elucidant me, aliis praedi-
cando, fideles, veraciter, et devote, vitam et
habebunt per me et per meum filium.

Item est, quae pro nobis creata est, et missa in
mundum. Eccli. 24. Ab initio, et ante saecula
creata sum. &c. Require de hoc in proverb. Dns
possedit me &c.

Item ipsa est cuius habitatio est in plenitudine gratiarum,
Angelorum et sanctorum, et in plenitudine ipsius
Trinitatis. Eccli 24. Ego quasi fluvius Dorix,
qui interpretatur medicamentum generationis: scil.
infirmorum filiorum Adam, et quasi aquaeductus
exivi de paradyso. Dixi, rigabo hortum
plantationum mearum, et inebriabo partus mei
fructum, i.e. illos qui sunt partus fructus mei, i.e.
filii, et illuminabo omnes sperantes in dno,
nunc in mundo, vel alia re.

Item ipsa est, quae communiter pro omnibus labo-
ravit, et communiter ab omnibus est laudanda.
Eccli 24. Videte scil. Angeli, iusti, peccatores,

quoniam non mihi solum laboraui scil.
Filium lactando, nutriendo, et apud crucem
stando, sed omnibus qui viuunt.
Item ipsa est sol, qui suâ praesentia ornat caelum.
Eccli. 26. Sicut sol in altissimis Dei, sic
mulieris bonae spes in ornamentum domus. et
Eccli 43. Sol illuminans per omnia respexit, et
gloria dni plenum est opus eius, et ita sol
in aspectu annuntians, in exitu vas admirabile
opus excelsi, qui in meridiano exurit terram.
In conspectu ardoris eius quis poterit sustinere,
fornacem custodiens in operibus ardoris.
Triplex sol exurens montes, radios igneos exsufflans
et refulgens radiis suis obcaecat oculos, magnus
est dnus qui fecit illum.
Item ipsa est luna, quae nobis indicat festa
aeternae iucunditatis. Eccli. 43 A lunâ signantur
dies festi. Nota de signis lunae.

Item Maria Virgo signata est p Abraham, in cuius laude et filii sui Isaac dr. Benedictionem omnium gentium dedit illi, quod antonomastice de ipsa Virgine verificatu est, cui Deus omnem bndictionem dedit, et ut ab initio aliquantulu repetamus. Ipsa habuit bndictionem septimi diei, in quo Deus requievit ab omni opere, quod patrarat. In ipsa n. vere fuit consumatio operum Dei, qmo oia creata in uno opere, scil. hoe uniuntur cum Creatore, et primu fit ultimu, et ultimu primu; n est n. perfectio motus, nisi qn est in circulo. Habuit et benedictione Adam et Eua. gen. i. Dominamini piscibus maris, et volatilibus caeli &c. Dominantur n. per potiam piscibus maris, i.e. daemonibus in amaritudine inferni constitutis. Dominantur et volucribus caeli, i.e. Angelis volantibus per contemplatoem Dei.

Dominantur et per misericordiam animantibus, quae ingrediuntur super terram i.e. hominibus in hoc mundo constitutis.

Item habuit benedictionem Jacob, quae in tribus consistit. Primo in abundantia necessariorum. ibi: Det tibi Deus de rore et de pinguedine terrae huius. Secundo. In dignitate honorum. ibi: Esto dominus fratrum tuorum, et moriantur ante te filii Matris tuae, servient tibi populi. 3io in amotione incommodorum. i.e. qui maledixerit tibi, sit ille maledictus. Laudemus ergo omnes Mariam et dicamus: Benedicta tu in mulieribus. Habuit et benedictionem Balaam, in qua notantur septem.

1m est. eius gloriosa generatio. ibi: Orietur Stella ex Jacob. 2m filii Dei incarnatio. ibi: et consurget Virga de Israel. 3m Vitiorum destructio. ibi: et percutiet ducem Moab. 4m hominum liberatio: ibi: et erit Idumaea possessio

eig. 5m Beatorum confirmão. ibi: Israël fortiter aget. 6m Doctorum dominatio. ibi: de Jacoberit, qui dominetur. 7m Damnão malorũ. ibi: et perdet reliquias civitatum.

Habuit et benedictionem Moysi. Deut. 26. Benedicta tu in civitate, in agro, Benedictus fructus ventris tui. benedictus eris ingrediens et egrediens, quae de hac vitâ sn̄ dolore mortis migrâsti, et cælum corpore et aĩa introisti.

Habuit Benedictionem Aaron. Eccli. 45. de cuius laude dr̄: Coronavit illũ in vasis virtutis, et circumcinxit eum tintinnabulis aureis, auditũ facere sonitum in templo, in memoriam gentis suae.

Habuit bn̄dictionem Samuelis, de cuius laude dr̄. Eccli. 46. Renovavit imperium, et unxit pn̄pes, et vidit Deum lucis, et pecunias et usq ad calceamenta ab omni carne n̄ accepit, et n̄ accusavit illũ hõ. Habuit et bn̄dictionem David, de cuius laude dr̄ Eccli. 47. In iuventute suâ occidit gigantem, et abstulit opprobriũ d gente,

contriuit inimicos undique; et extirpauit ~~[illegible]~~
Philistum contrarios usque in hodiernum diem.
Habuit et benedictionem Salomonis, de cuius
laude dr. Eccli 48. Impletus es quasi flumen,
sapientia longe diuulgatum est nomen suum.
Habuit et benedictionem Joseph de cuius laude
dr. Eccli. 49. Quod fuit Dnus et firmamentum
gentis, collector frumenti et stabilimentum populi.
Habuit et benedictionem Oniae, de cuius laude dr,
quod in diebus suis emanauerunt putei aquarum,
et quod suffulsit domum, et quod fuit quasi stella
matutina in medio nebulae, et quasi luna plena, et
quasi sol refulgens, et quasi arcus refulgens inter
nebulas gloriae, et quasi flos rosarum in diebus Vernis, et
quasi lilia, quae sunt in transitu aquae redolentia et
quasi thus redolens, et quasi ignis refulgens, et quasi
thus ardens in igne, et quasi uas auri solidum ornatum
omni ~~lapide~~ lapide pretioso, et quasi oliua pullulans,
et quasi cypressus in altum se attollens, et quod porrexe-
rit manum suam in liberorem, et libauit de sanguine
uuae excelso Principi.

Isaias Propheta.

Visio Isaiae filii Amos, quam vidit sup Judā et Jerusalē.

Regina et Dn̄a omnium Prophetarum, vocatur domus et civitas fidelitatis Isa. i. A.

Vocaberis ò Maria scil. à Patriarchis et Pp̄tis civitatis iusti, i.e. Chri, Urbs fidelis fidelr̄ recipiens et conservans ad se fugientes. hanc civitatem laudat Psalm. Gloriosa dicta sūt de te civitas Dei. fuit n. haec civitas fundata sup humilitatem, magnificata per castitatem, turrita per caritatem, dilata per paupertatem, custodita per discretionem, libera peccatorum immunitate, pacificata tentationū victoriā, ornata divino officio per elegantiam morū, aedificata in refugiū peccatorum, populosa virtute omnium donorum gratuitorū irrigua, miserationū abunda, in altissimo sita per excellentiam privilegiorum.

Item ipsa est tabernaculū, quod Deus Pr̄ peccatoribus extendit quatuor de causis. Isai. 4 Tabernaculū i.e. Virgo Maria erit in umbraculū gloriae sub

protectione Dei ab certa. Gloss. persecutionis
Deus adiutor noster, et in abscondito à turbine, et
à pluuiâ. Gloss. i.e. à persecutione maiori et
minori. Psalm. protegar in uelamento
alarũ tuarũ.

7. Item ipsa est solium Incarnõis filii Dei. Isa. 26.
Vidi Dnũm sedentem sup solium excelsũ.
Gloss. i.e. filium in humanitate, sup solium
excelsũ et eleuatum, i.e. Virginem Mariam
excelsam qm̃ ad aĩam, et eleuatum qm̃ ad
corpus, et plena erat omnis domus. Gloss. oĩ grã.
à maiestate eius. Gloss. regnantis.

8. Item ipsa est quae concepit et peperit liberõem
omnium populorũ. Isa. 7 Ecce Dnus dabit uobis
signũ. Gloss. salutis et liberõis. hoc scil. Ecce
Virgo concipiet et pariet filium. Gloss. peuatores
reuocantem, et uocabitur nõen eius Emanuel.
Gloss. i.e. nobiscum Deus, nobiscũ humanitate, diuinitate
et fidelitate. Vn̄ Bernard. Noli fugere O Adam,
qa nobiscum Deus.

Item ipsa est virga floris. Isa. 11. Egredietur A.
Virga, i.e. Maria, de radice Jesse, et flos. gloss. i.e.
Christus, qui timidis est virga, sed bonis est flos vir-
tutum et corona Angelorum et sertum electorum, et
radice eius ascendet in salutem Electorum, in
consolationem afflictorum, et in liberationem captivorum.
Item ipsa est solium misericordiae, in quo Filius
misericorditer iudicat peccatorem. Isa. 16.
Praeparabitur in Misericordia solium eius. Gloss.
i.e. Filii, qua omnes peccaverunt et egent gloria
Dei, et sedebit idem iudicans, alias n. iudicabit sedens
in solio misericordiae, et alias sedens in solio iustitiae,
quod est in futuro. In solio misericordiae sedens
et iudicans, quando Deus vult parcere peccatori,
considerat et attendit 5. 1º infirmitatem
peccantis. 2º. malitiam diaboli insultantis, dicentis
illud: Deus dereliquit eum, persequimini
et comprehendite eum &c. 3º. dolorem ipsius
poenitentis, qui clamat, miserere mei, quoniam
conturbata est anima mea. 4º. Intercessionem

Ecclesiae triumphantis et praesertim B. V. cuius oratio non sit contemni. 5.o sup. ora bonitatem suam, et qua ipsemet dicit math. An non est mihi facere, quod volo &c. Solium igitur gloriae praeparabatur in Conceptione, praeparatum fuit in gloriosae Virginis Nativitate, sup. illud sedit in Incarnatione. In solio vero iustitiae sedens iudicabit quod iustum est. Unde et sequitur, quaerens iudicium. Gloss. i.e. in secundo Adventu, et velociter reddens. gloss. unicuique iuxta opera sua, quod iustum est. Gloss. dicens malis: Ite in ignem aeternum &c. et bonis: venite benedicti &c. sed quomodo velociter reddit, cum expectet Peccatores non ulciscendo usque ad decrepitam aetatem. sup. hoc vero quod dicit, reddet odientibus se statim. gloss. omne tempus aeterniti comparatum est quasi pulvis, et ideo non reputat Deus, et quia multum exspectat.

Item ipsa est sine omni peccato nubes purissima.

Isa. 19. Ecce ~~asser~~ ascendet Dominus super nubem levem. gloss. corpus B. Virginis, et ingredietur Aegyptum.

gloss. i.e. mundum. et mouebuntur simulacra
aegipti à facie eius, qa oīa peccata destruet.
Item ipsa est urbs fortitudinis contra omne malū.
Isa. 31. Vrbs fortitudinis nrae Syon, i.e. Maria. A
gloss. Vox est iustorum, et nunc, et in futuro
Saluator ponetur in eâ murus, i.e. Chrus, et
antemurale; ipse n. est murus sdm Diuinitatem,
et anmurale sdm humanitatem. Aperite portas.
gloss. Dnus ad Angelos, et ingrediatur gens
iusta faciens Veritatem, n mendaces, n iniusti.
Item ipsa est domus et ciuitas opulenta. Isa. 33.
Respice Syon, i.e. Maria, ciuitatem solemnitatis nrae.
Gloss. in quâ Vra uera solemnitas, oculi tui
uidebunt Jerusalem ciuitatem opulentā scil. grā.
Gloss. et ipso Deo, qa solummodo ibi magnificatus
est Dnus Deus nr, qa in Maria magna fecit,
et qa per eam magna facit, et pp eam et
in eâ magnificus apparuit.
Item ipsa est caa. pp quam peccatores laudant Deū.

Isa. 43. Glorificabit me bestiā agri. Gloss. i.e. hō bestialis, draconis i.e. maligni, venenosi et struthiones. Gloss. i.e. hypocrito; qa dedi mnā in ~~terra~~ deserto, i.e. in Mariā aquas omnium grārū, et flumina donorū Sti Sprg, ut darem potum. Gloss. aquae vivae, populo meo electo clamanti ad me, cui dedi potum largiter. Ipsa est n. Petra, de quā Ubi loquimini ad Petram, i.e. ad Mariā, et illa dabit aquas grārum et gaudiorum. Item ipsa est terra germinans Salvatorem. Isa. 44. Rorate caeli desuper. Gloss. Veniat Gabriel, mittat nobis rorem, et nuntiet nobis salutem. et nubes. Gloss. i.e. Prophetae pluant. Gloss. annuntiando Chri nativitatem et resurrectionem, iustū, i.e. Chrum; aperiatur terra, i.e. Maria ad credendū, et germinet salvatorem. i.e. Jesum.

Item ipsa est uiscus misericordiae in quo peccatores portantur ad conversionem. Isa. 46. Audite me, qui portamini. Gloss. i.e. peccantes, à meo utero. Gloss. i.e. in misericordiâ, qui gestabatur à meâ uulvâ, i.e. clementiâ. Ego portabo et saluabo. Gloss. si conuersi fueritis.

Item ipsa est terra faciens salutem. Isa. 53. A Ascendet. Gloss. Filius Dei, sicut virguetũ. gloss. de utero uirginis, et coram eo, et sicut radix de terra sitienti. Gloss. siccâ et mundâ à concubitu.

Item ipsa n̄ derelinquit nos. Isa. 60. monte mouebunt̄ et colles tremiscent, misericordia autem mea, i.e. Mr̄ mea, n̄ recedet à te, non dimittet nec derelinquet te, dum̄ odo uolueris conuerti.

Item ipsa est fons à quo profluit oē bonũ. B. Isa. 54. Eris, ō Maria, quasi hortus irriguus. gloss. uirtutũ floribus, et opum fructibus perspicuus,

et sicut fons aquarū, cuius n̄ deficient aquae spirituales, quae irrigant Ecclesiam.

Item ipsa est, quae Deo fiducialiq occurrit, ne feriat peccatores. Isa. 59. Vidit. Gloss. Deus, qa n̄ est vir. gloss. in Judaeis sanctus, et aporiatus est. gloss. i.e. contristatus, qa n̄ ē qui occurrat. Gloss. Deo, ut n̄ percutiat, ss ipsa pro omnibus acurrit, sicut Abigail David, quem placavit.

4 Item ipsa est civitas in filii sui Incarnōe illuminata. Isa. 60. Surge illuminare Jerusalem, i.e. Maria, qa venit lumen tuū, i.e. Filius Dei ad illuminandū, sicut sol illuminat mundū, qa eve tenebrae. gloss. infidelitatis et peccati opient terram, i.e. terrā amantem, et caligo populos. super te a. dignissimē orietur Dn̄g. gloss. verus sol, et gloria eius in te videbitur, sicut lumen in lucernā, sicut sol in nube, et sicut ignis in rubo, et ambulabunt gentes, i.e. miseri peccatores in lumine tuo, i.e. in Chrō,

qui est lux; et Reges, i.e. iusti, vel et Angeli in splendore ortus tui. Omnes n. indigent tua grā, tua illuminōe, tua propitiatione.

Item ipsa est, ad quam omnes confluunt per deuotionem. Isa. 60. Leua, ô Maria, oculos tuos, sicut misericordiae et bonitatis in circuitu, et uide hilariter, omnes isti congregati sunt. gloss. ex omni natione, quae sub caelo est, peccatores pro uenia, iusti pro grā, tristes pro gaudio. Venerunt tibi, i.e. ad honorem tuum et misericordiam, clamantes, subueni Dnā, clamant ad te miseri, qa quamuis simus peccatores, tn̄ misericordiae tuae sumus filii et filiae. Vn̄ seqs, filii tui, ô Maria, de longe venient. gloss. de longinquā regione peccati, et filiae tuae de latere surgent. gloss. vos qui longe eratis, facti estis prope. tunc uidebis. gloss. cum leuaueris oculos tuos, et afflues, et mirabitur et dilatabitur cor tuū. gloss. prae gaudio, qn̄ conuersa fuerit ad te multitudo maris. gloss.

omnes Nationes mundi, et fortitudo gentiũ
ueniet tibi.
Item ipsa est domus Maiestatis totius Trinitatis, et
altare placationis. Isa. 60. Offerentur scil.
omnes fideles, qui per manũ Christi sacerdotis
uolunt recipi et Patri praesentari, super
placabili altari meo, i.e. Mariâ Matre meâ, et
domũ maiestatis meae, quam tota Trinitas
potenter possedit et impleuit, glorificabo in
caelo coram Angelis omnibus et sanctis Dei. Vnde
sequitur. Gens n. et regnum, quod non seruierit tibi,
o Mater mea Maria, peribit. Gloss. in die iudicii,
quasi non sit, quo qui ~~seruierunt~~ ei seruierunt,
non peribunt. Item ipsa est, in quâ nobis
benedictio caelestis est reseruata. Isa. 64. Haec
dicit dominus, quomodo si inueniatur post tempestatem
granũ. gloss. illaesum. hoc granũ est Virgo
Maria illaesa ab omni peccato in botro humani
generis; hoc inuentũ fuit in Natiuitate. BV. Mariae.
et dicatur. gloss. Volenti tangere, ne dissipes illud.

gloss. sine crescere, quomodo benedictio est. gloss. i. e.
placuit Deo, ut pro benedictione ~~pro~~ et tanta
tempestate reseruaret illud. Sic faciam propter
seruos meos, ut non disperdam totum. gloss.
genus humanum.

Item ipsa est domus imperatoriae maiestatis. A.
Isa. 66. Quae est ista domus, quam aedi-
ficabilis mihi tam immensam, ut in ea includeretur.
Isa. caelum et terram ego impleo. Quae est
ergo illa tam magna, tam ampla, tam longa,
quam aedificabilis mihi. Haec domus aedificabitur
per consilium Patriarcharum et Prophetarum,
et per consilium David in sanctitudine.
Psal. Domum tuam Domine decet sanctitudo,
et talis sanctitudo, quae sit libera ab omni
inquinatione.

Item per consilium Isa. dicentis, Domus
totius reformationis et renouationis. In hac for-
metur Dei filius ad imaginem et similitudinem
nostram, mortalis de immortali, ultimus de primo,

pauper de diuite. In hac reformetur
luxuriosus ad castitatem, superbus ad humi-
litatem, inuidus ad charitatem, caecus ad lumen,
claudus ad gressum. Vnde ipsa dicit Job. oculus
fui caeco et pes claudo. O quam acide mutilati
ad talem accurrerent domum, ubi eis membra
restituerentur. Item per consilium Isa.
dicentis: domus totius plenitudinis. In hac
repletur peccator veniâ, iustus gratiâ, Trinitas
gloriâ; Filii persona, humanâ substantiâ, ut non
sit, qui manu vacuâ recedat à domo istâ.
Item per consilium Ezechi. qui dicit: Domus
receptionis et protectionis fugientium peccatorum,
ut fugiens ad eam recipiatur et protegatur à
diabolo, à peccato, et maxime ab irato Deo. Haec
Ex consilia, secundum quae aedificata est Virgo Maria,
in domum sanctitatis propter nostram mundationem, in
domum protectionis propter nostram saluationem, in
domum informationis, propter totius creaturae admirationem.

Item eius partum et parturiendi modum A.
oīo naā stupet & admiratur. Isa. 66.
Antequam parturiret, peperit. glos. genui
sn̄ tempore fortem filium, p quem oīa
facta sūt & subsistunt. Cuius audivit
talia, ut antequam parturiret, pareret,
cum naātr parturitio partū praecedat.
peperisti tu Dr̄ sn̄ tempore, peperisti tu
Virgo eundem in tempore. Luc. Peperit
filium suū primogenitum, et pannis eum
involuit. O virgo tu peperisti mirabilr,
sicut hic Isa. dicit. Item peperisti incor-
ruptibilr, sicut sidus radiū, virga florem, et
vitis odorem. Item peperisti utilr, qa Ange-
lorum et hoīum restauratorem, et ideo laudaris
et bn̄diceris ab Angelis et hoībus et à corporalibus.
Laudant te Angeli pp tria, qa ille, quem B

tu genuisti restauravit reddendo deperditū,
multiplicando numerum, augmentando sup
additum, quartam scil. Hierarchiam.
Laudant te hōes, pp tria, qa genuisti eis
Redemptorem, iustificatorem, glorificatorem.
Laudant te corporalia pp tria, qa ille, quem
tu genuisti, immutavit corporalia, innovando,
nobilitando, et oīa in corpore Chri Divinitī
uniendo. Laudat te Pr pp castitatem, laudat
te filius pp humilitatem, laudat te Sprus Scus
pp bonitatem. Laudat te omnis creatura, o
Virgo Maria, genuisti n. caecis illuminatorem,
immundis mundatorem, curvis erectorem,
tristibus consolatorem, vinctis liberatorem,
certantibus coronatorem, pauperibus dilatorem,
desperatis confortatorem, errantibus reductorem.

Jeremias Propheta.

Verba Jeremiæ Filii Helciæ.

Est virga percutiens dæmones, corrigens peccatores, et vigilans sup electos: Jere. i. Quid tu vides Jeremiam? et dixi: Virgam vigilantem, i.e. Mariam vigilantem fidelr sup electos, ut Mr super filium vigilantem misericorditer, sicut Mgr sup discipulū, sic ipsa sup peccatores ut eos corrigat. Vigilantem terribilr sup dæmones, ut eos interficiat. Et dixit Dnus ad me, Bene vidisti, qa ego vigilabo sicut Pr, ipsa vo vigilabit sicut Mr, sup verbo meo, ut faciam illud.

Item ipsa est solium misericordiæ, ad quod peccatores misericorditer congregantur. Jere. 10. Vocabunt Jerusalem, i.e. Mariam in tpre illo, i.e. grā, solium Dni, in quo Deus sedit per misericordiam se incarnando, et congregabuntur ad eam oēs gentes, i.e. peccatores,

qui ibi absoluunr, et n̄ sdm merita puniunr.
Item ipsa est ciuitas et domus saluationis.
Iere. Conuenite celeriter, et ingrediamur
ciuitem munitam, i.e. Mariam munitam in
naā, in grā et in gliā, et silēmus ibi. gloss.
qa n̄ audemus deprecari Dnum, quem offendimus,
sed ipsa deprecetur & roget. qa Dng silere nos
fecit. gloss. qa eum offendimus, et potū dedit
nobis aquam fellis. gloss. i.e. dulcem Deum
amarū nobis fecimus.
Item ipsa est oliua totius misericordiae et
bonitatis. Ieres. ii. oliuam pulchram, uberē
fructiferā, speciosam vocauit Dng noēn tuū.
ista noā dōsis gratiis Bmae Virginis adaptu.
Item ipsa est solium propitiationis. Iere. 9.
Ne des nos in opprobrium, neq facias nobis
contumeliam, scil. quam inerruimus, solii
gliae tuae recordare, i.e. Mariae, ne irritum
facias foedus tuum. gloss. promissae salutis
nobiscum.

Item, ipsa est Aduocata nr̃a contra iudicem sapientem, contra callidissimũ hostem, et hoc in caã desperata. Jere. 18. Dixit Dn̄s ad me. si steterit Moyses et Samuel coram me. gloss. orantes pro populo, n̄ erit aĩa mea ad populũ istũ. Sed quid ò bone Jesu, si steterit coram te Mr̃ misericordiæ, nunquid iratus dices ad eam ꝺ peccatoribꝫ ut ad Jeremiam? Dico illos à facie tuâ, egrediantꝫ ad gladiũ famem, captiuitẽm et mortem. Non sic dices ad Matrem. Clama gõ voce Mariæ placatus: Reduc miseros ad pacem contra gladiũ, ad saturitẽm contra famem, ad libertẽm contra captiuitẽm, ad uitã contra mortẽ. Desperatorum caãm sola assumet, quam nullꝫ aliorũ Sctorũ assumere attentabit. Jere. 9. Dicente Dn̄o ad peccatorem desperatũ. Quis miserebitur tui Jerusalem, i.e. aĩa desperata, quæ fuisti priꝫ visio pacis, nunc a. visio infernalis. Quis contristabitur ꝑꝑ te,

cum mortis sententia fertur contra te. cum dicetur tibi: Ite maledicti &c. Ibi omnibus derelinquentibus nos n̄ derelinquit illa. Illa n. miserebitur, illa compatietur, illa pro pace nr̄a ibit ad rogandū, quam benevolentius impetrabit.

Item ipsa velut domus figuli est, domus reformationis humani gn̄ris. Jere. 19. Dixit Dn̄s ad Jeremiam. Surge et descende in domū figuli; domus figuli Dei est Virgo Maria, in quā fecit Deus opus sup rotam opus incarnōis, seipsū ponens in rota humanae volubilitatis; ut fons sitiret, panis esuriret, requies fatigaretur, lux obtenebraretur, vita in ligno moreretur, et hoc est, quod seqr̄, dissipatū est vas scil. in Passione, si reformatū in resurrectione. Haec est domus in quā reformatus fuit miser theophilus sicut in laudibus eius canitur in prosā: Theophilū reformans &c.

Ipsa est sapientissima Aduocata ueniam ex
gratiam impetrans, et illud allegans Jere. 18.
Recordare ô fili, quod deterim tempore motis
tuae in conspectu tuo apud Cracem miserabiliter,
et nunc tecum in caelo potentialiter in uestitu
deaurato, ut loquerer pro eis, qui digni sunt
morte aeternâ, bonum, ut auerterem indignoem
tuam ab eis.
Item ipsa exemplo filii se pro nobis offert. Jere. 26.
Ecce ego, scil. Mr Dei in manibus uris sum,
me totam in uro ponendo seruitio facite
mihi, quod bonum est, non mihi tm, sed et uobis
nunc et in futuro, et non solum de me, imo et
filio meo, cuius corpus sanctum in altari sumitis
quotidie, facite quod uultis, facite tm quod
rectum sit, coram uobis, et non tm coram uobis,
sed coram Christo uro caelesti.
Item ipsa est ciuitas altitudinis. Jere. 30. aedi-
ficabitur à Deo ciuitas, i.e. Maria in ~~excelso~~
excelso, ut sit omnibus firmamentum, non sit

abscondi civitas supra montem posita. Templū
grae, miae, gliae, et templū totius Trinitatis
totum est Maria, fundata n. est p humilitem,
erecta p spem, decorata p charitem.
Item ipsa est opus totius novitis. Jer. 31. Creavit
Dnus novum sup terram, imo in caelo, et sub terra,
femina, i.e. Maria immaculata, circumdabit
mirabiliter virum, sn viri semine in gremio ventris
sui. Item ipsa est illud vas, de quo dicit Spus Sctus.
Eccles. 43. Vas admirabile opus excelsi; mirabile,
qa maius seipso continet scil. Deum, quem
totus orbis n baiulat, portant puellae viscera.
mirabile, qa vinū et aquam sn interstitio et
sn mixtione continet, scil. vinū Deitis, et aquā
humanitis, qa Deus in ipsa nec commixtione passus
est nec divisionem. Mirabile, qa clausū in se recipit
Deum, quem clausū effudit. Vn Virgo an partū,
post partū, et in partu. Item ipsa est domus
et mons totius securitis. Jer. 31. Benedicatur
tibi domus, i.e. Maria, pulchritudo iustitiae
mons sanctus. gloss. in quo quis habitaverit,
nullas insidias sustinebit, vel expavescet.

Liber Threnorum.

Imo sedet sola ciuitas plena populo. &c.

Sponsa Dei electa in morte Filii, uiduata dolo-
res et afflictiones sustinens supra modum. Thren. i.
Facta est quasi vidua. gloss. absente sponso, Dnā
gentium, pnps prouinciarum cœli et terræ,
facta est sub tributo angustiæ et doloris. Vn
Damascenus. Ipsa Beata Virgo, ~~[illegible]~~ et earū
quæ supra nām digna effecta donationū, dolores
quos effugit pariens, hos in Chri passione
sustinuit amanter nāli compassione, Viscerū
lacerōem tolerans, et quæ Deum cognouit per
Natiuitem, hunc quasi maleficū interfectū
videns, gladio in cogitōibus lacerabatur. Ex hoc
est, quod dr: Et tuam ipsius animā pertransiet
gladius.

Item ipsa est Mr amaritudinis in Passione Filii,
quæ fuit Mr dulcedinis in conceptione, Vn
orans ad Patrem dicit. Thren. i. Vide Dne, ô Pr,

te pium iudicem cruciatus flectat, Vide filiū tuū pulcherrimū deformissimū, excelsū deiectissimū, clamantem ad te Hely Hely, ut quid dereliquisti me. Vide filium tuū sup oīa mihi coniunctū, per mortem distinctū. Vide et me pauperem Mariam Mrem Vnigeniti tui, qmo amaritudine plena sum in aīa, quam gladius pertransiuit, in auribus audiens uocem insultantis, Vah qui destruis templū Dei, audiens clamorem Filii clamantis, Vt quid dereliquisti me. Audiens clamorem se à me licentiantis dicendo, Mulier eue filius tuus. amaritudine plena in oculis, qa iudi coronatū spinis, lanceâ perforatū, sputis illinitū, Vndq sanguine cruentatū. qa iam sum amaritudine plena, rogo ut peutores pleni sint misericordiâ, iusti grâ, electi gliâ. Seqr: Vocem meam ô Pr mīarum audisti, et uocem filii tui et audisti, ne auertas aurem propitiationis à singultu meo, et à clamoribus cordis mei, pro peuatoribus, quos tuae pieti commendo.

Ezechiel.

Et factum est in trigesimo Anno.

Regina Prophetarum est domus in quâ filius Humanitatem professus, factus est frater nostrum. Ezech. 3.

Dixit Dominus ad Ezechielem. gloss. qui interpretatur roboratus à Deo, et signat Christum. Ingredere subtiliter per fenestram vitream, largiter sicut pluvia in vellus, vincula omnia peccatorum assumendo mirabiliter, quem totus orbis non potest includere, tenellae Virginis utero includatur. Unde sequitur: Includere in medio domus tuae: i.e. in utero Mariae.

Item ipsa est Mater instructionis. Ezech. 5. Ista est Jerusalem, i.e. Maria, in medio gentium posui eam. gloss. i.e. in umbilico mundi. Unde Psalm. Operatus est salutem in medio terrae: Unde ipsa est porta, et quâ infra dicetur. Et introduxit me ad portam, i.e. ad Mariam, domus domini orientalem, per quem toti mundo lux effulsit, quae respicit solis ortum. gloss. iustitia.

Item ipsa est Mater Justitiae, primò, quia peperit iudicium et iustitiam scil. Christum, qui est iustitia et sanctificatio nostra.

2°. qa ipsa nqm oculos suos leuauit ad aliquod malū. 3°. qa ~~nullū~~ nullū contristauit, sed oēs laetificauit. 4°. qa per uim nihil rapuit, quod Eua n̄ fecit, quae Deitēm rapere uoluit, et felicitēm amisit. 5°. Quia panem suū i.e. corpus filii sui tribuit in altari quotidie esurienti. 6°. Quia nudū peccatorem opit uestimento ueniae, iustū grae, electū glie, filium humanae substiae. Item ipsa est Mr uitae. Ezech. 18. Haec dicit Dnus sil. ad peccatores desperatos, quare moriemini domus Israel, i.e. peccatores, qui estis filii Abraham Isaac et Jacob, qui Patrum meritis merito uiuere debetis. Ex hoc arguitur, si meritis Abraham ꝯ uiuere possumus, qui fuerunt serui Dei, gō p eam quae maior est, scil Mrem uitae uiuere debemus; qa oē iudicium mciae dedit Mri suae, ut omnes honorificent Matrem, sicuti honorant filiū. Et qa nos eius mciae filii sumus, clamat Dnus illud, quod statim seqr, Nolo mortem peccatoris. gloss. sed ut magis uiuat uitā grae precibus Virginis Mariae.

Item ipsa est, quae nos defendit ab ira Dei.
Ezech. 22. Haec dicit Dnus. Quaesivi Virum,
qui interponeret sepem. gloss. i.e. intercessionem,
et statim oppositus contra me pro terra, i.e.
peccatore, ut non dissiparem eam celeriter, et
non inveni, quia hoc reservatum est Virgini Mariae.
Item ipsa est indumentum solis iustitiae. Ezech. 32. A.
Solem, i.e. Christum nube tegam, scil. humanitatis
in utero meo misericorditer.
Item ipsa est porta illuminationis omnis creaturae. B.
Ezech. 43. Duxit me ad portam, quae respi-
cit viam orientalem, et ecce gloria Dni Israel,
scil. Jesus Christus ingrediebatur puriter per viam
orientalem, quia sine peccato conceptus. Alii
vero ingrediuntur in mundum per viam occidentalem
originalis culpae, et non erat ei. gloss. quasi
aquarum multarum, et terra resplenduit a
maiestate eius, quod proprie factum est in Adventu
Christi. Item ipsa est templum Maiestatis. Ezech. 41.
Maiestas Dni ingressa est in templum, i.e. in uterum

Mariæ, ad quid? ad sanctificandū. Psal.
Sanctificauit tabernaculū suū Altissimus,
ad replendū, vn̄ seqr̄, et repleta est domus
Dñi, ad habitandum nobiscum, vn̄ seqr̄. Et
dixit Dñus ad me, locus filii mei, et locus
vestigiorum Pris mei, ubi habito, i.e. in Maria
in memoriam filiorū Israël in æternū. gloss.
n̄ ad tempus. Tu autem fili hominis ostende
prædicando et laudando domui Israël templū,
i.e. Mariam, sed longitudinem, latitudinē, et
profundū, et qlus bn̄ sufficienter loco supr. cit.
Item ipsa est porta clausa. gen. 44. conuerti
me ad ~~portā~~ vicam portæ situarii exterioris,
quæ respiciebat ad orientem, et erat clausa.
gloss. Virgo Maria, Virgo ante partū, in
partu, et post partū. Et dixit Dñus ad me.
Porta hæc clausa erit, et n̄ aperietur, et vir
n̄ transiet per eam, quoniam Dñus Deus Israël
ingressus est per eam. gloss. clausis ostiis. Et erit
clausa pnpi. gloss. Verbo Dei adusq, et ipse
pnps idem Chrus sedebit in ea ut comedat. gloss.
nobiscum panem corā Dñō. Ipse p portū egredietur.

gloss. uteos, qui per se intrare n̄ p̄nt,
introducat ad gr̄am, ipse n. ē omnibꝰ infusꝰ,
et egredietur. gloss. his qui foris ſt, oībꝰ circū
fusꝰ. Ipsa et est patens porta per mīam
p̄ctori. Ezech. 46. Porta quae respicit ad
orientem. gloss. Vn̄ sol iustiae oritur, die
sabbati aperietur. gloss. in quo ē requies, et in
die Kalendarū, i.e. solemnitatū filii sui
et inferiꝰ aperietur p̄ largitatem, et intrabit
p̄nps, porta a. n̄ claudetur. Gloss. post
egressionem p̄npis usq; ad Vesperā, et adora-
bit propiꝰ ad ostium portae illiꝰ. gloss. q̄n
aperietur porta, imō n̄ claudetur, ut populꝰ
post p̄npem adoret, holocaustū remissionis orum
p̄ctorum offert p̄nps. gloss. i.e. Chr̄ꝰ in die
sabbati ad litterā, q̄n festū Matris suae agr̄,
et p̄nps erit in medio eorū. gloss. i.e. ingredien-
tium. Vn̄. In medio Vestrum stat, quem uos
nescitis, cum ingredientibꝰ ingredietur, et
cum egredientibꝰ egredietur. gloss. Vtriq; scil.
Virtutis uel peccati testis assistens.

Daniel.

In tertio anno Joachim. &c.

Imperatrix Pptarum Maria dicitur
Mons comminutionis diaboli et pctorum.
Dan. 2. Abscissus est lapis. gloss. i.e. Chrus
de monte, i.e. Maria, quae est mons coagulatus
mons pinguis, mons in quo bnplacitum est
Deo habitare in eo, sn manibus abscissus. i.e.
absq ope utrili generatus, et percussit statuam,
i.e. diabolum, et oes superbos, et comminuit eos.
Psal. Comminuet eos ut pulverem &c. Et
lapis factus est mons magnus, qa magnus in
nam, magnus in potia, magnus in mia, mag-
nus in vindicta, et impleuit Vniversam terram
& coelum. gloss. per gliam coelum. Abacuc.
Operuit coelos glia eius. p miam terram.
Psal. mia Dni plena est terra; internum
dolore et miseria, Job. terram miseriae et tene-
brarum. Item ipsa est arbor, quae multipliciter
commendatur. Daniel. 4. 1o. comendatur
a coite. ibi. Videbam, et ecce arbor in medio terrae,
i.e. Maria in medio Ecclie omnes respiciens, et

qm in se est, coiter ad oes se habens. 2º a dignitate, ibi: et altitudo eius nimia. Bernard. O Virgo Virga sublimis, ad quantam celsitudinem verticem sctum erigis, usq ad sedentem in throno, usq ad Dnum maiestis, nec mirum, quoniam in profundum mittit radicem humilitatis; et magna gloss. contra ~~diabolum mortem~~, & ~~peccatum~~ virtutum magnitudine. 3º a Fortitudine. ibi: et fortis. gloss. contra diabolum mortem & peccatum. Require illud Prov. ult. Mulierem fortem quis inveniet?

Et proceritas eius attingens caelum, i.e. ipsum Deum. 4º a misericordia. ad oes: ibi, aspectus ~~eius~~ eius. gloss. misericordiae erat usq ad terminos universae terrae. gloss. n solum ad Angelos et custos, sed et pctores, imo ad illos qui sunt in purgatorio. 5º a fecunditate, ibi. Folia eius pulcherrima, i.e. verba quae dixit ad Angelum, ad cognatam, ad Filium, ad

ministros, et frg eig nimius, i.e. Jesus Chrg, qui sufficit et Angelis et hominibg.

6º A cibatione. qa cibat omnes, et esca universorū in eā, i.e. Angelorū et hoūm.

7º A fidelissimā protectione, ibi, subter eam, i.e. sub protectione eig habitabant confidenter, et lætanter animalia, i.e. miseri peccatores, pp refectionem, protectionem, et pausationem, et pulchritudinē.

8. A Jucunditē, quam hāt oēs Scti in eā, ibi, et in ramis eig scil. Virtutum, i.e. humilitis et misericordiæ et charitatis conversabantur volucres cæli, i.e. oēs cæli, et ex eā vescebatur oīs caro, quoniam alit oēs.

Oseas.

Verbum Dni, quod factu est ad Osee.
B. Virgo est vitis fructifoīs. Osee. 10. Vitis
frondosa Israël. i.e. Maria, or gra plena,
habens bonas propagines. fructus adaequatus
est ei, hic fructus excellit oēs alios in qnte,
qlte, sanctite et suauite.
Item ipsa est ~~lib~~ lilium castitis. Osee. 9.
Ero quasi ros aetuans incendii. gloss. hoc
rore infusa. Item sps ad pietis opa erum-
pit. Osee. 9. Erumpet radix eius. gloss. i.e.
bona voltas ad effum boni opis perducetur,
ut libani, ibi: ibunt rami eius et virtute in
virtutem. Item ipsa est Mr mie. Osee. 9.
Erit quasi oliua glia eius. gloss. p opa mie,
et odor eius ut libani, i.e. thuris, memoriale
eius ut vinū libani. gloss. d quod dnsis pigmentis
conditum suauem emittit odorem. Bernard.
Laudamus Virginitem, humilitem miramur, ts
misericordia miseris sapit dulcis.

Joel.

Verbum Dni, quod factum est ad Johel filium Phatuel.
Dna nra Virgo Maria, est illa, ad quam ois
creatura xepicit post Deum. Joel. 2.
Bestiae agri, i.e. peccatores, quasi arca siliens.
gloss. imbrem veniae suceperunt ad te. gloss.
rorem mtiae flagitantes, qa exsiccati sunt
fontes aquarum, sed tu n, quae plenitudine
grarum abundas.
Item ipsa est fons domus Dni, i.e. Maria nas-
cendo in mundo de domo Dni, et irrigabit
torrentem spinarum. gloss. Ut qui uitiorum
punctionibus pungebantur, modo Virtutum
floribus adornentur.

Jonas.

Factum est Verbum Dñi ad Jonam. A.
Mr mix est illud mare, quod nqm p desideria
et suspirões quiescere potuit, donec uerg Jonas,
i.e. Dei Filius in ipsam per Incarnõem missus
fuit. Jonae i. Dixerunt Viri ad Jonam.
gloss. Jona, qui interpretatur columba Chrgē,
Quid faciemus tibi, cessabit mare à nobis, et dixit.
Tollite me, et mittite me in mare, i.e. in
Mariam, ditissimū in pauperrimā, sublimissimū
in humillimam, Dominū in ancillam, hoc ē,
in uterū Mariae, et tulerunt Jonam, i.e. Chrm,
& miserunt in mare. Gloss. n repugnantem,
sed uolti Patris uoltariè obedientem, Angelico
cum obsequio et honore.

Michaeas.

Item ipsa est turris potiae Dei. Michae. 10.
Turris gregis, i.e. munimentum, nebulosa,
obumbrans et abscondens pecatores, usq ad te
venient. Gloss. Deg. et veniet potestas
prima. Gloss. i.e. Chrg. dans tibi secundā
in omnibus potestem, ut dicere possis, Data
est mihi oīs potestas in cælo, et in terrā.

Zacharias.

Item ipsa est murus conservationis contra diabolum, mundum et peccatum. Zach. 1. Ego ero murus in circuitu. gloss. defensio in eis. Qui tetigerit vos detrahendo, persequendo, turbando, tangit pupillam oculi mei, quae statim vindicatur. Item ipsa est lapis fundamenti adornatus in plenitudine gratiarum. Zach. 3. Ecce lapis quem dedi coram Jesu et super istum lapidem, i.e. Mariam, 7 oculi sunt, i.e. plenitudo totius gratiae spiritualis. Item ipsa est in Ecclesia candelabrum illuminationis. Zach. 4. Vidi et ecce candelabrum aureum, i.e. Maria, et lampas eius. i.e. Christus super caput eius, et 7 lucernae eius super caput illius, i.e. 7 dona Spiritus Sancti, et 7 infusoria. gloss. in quibus oleum misericordiae infunditur in lucernas, ut luceant in candelabro, i.e. in Maria. Item ipsa est lapis primarius. Zach. 4. Educet Dominus lapidem primarium, et exaequabit gratiam gratiae. gloss. gratia lapidis exaequabit gratiam, quam in peccatores enervavit. Item ipsa est templum munitionis. Zach. 9. Haec dicit Dominus. gloss. peccatoribus, iustis et omnibus, convertimini. gloss. fiduciosi ad munitionem, i.e. ad Mariam, vincti spei et liberandi misericordia Dei. Item ipsa est fons comminationis. Zach. 12. Erit fons patens domui David. gloss. omnibus sitientibus et habitantibus in Jerusalem, in ablutionem peccatorum, et menstruatae, i.e. maiorum Criminalium peccatorum.

Euangelium S. Matthæi.

Liber generationis Jesu Chri filii Dauid filii Abraham. &c.

Dna Euangelistarū in Euangelio B. Matthæi commendatur multiplr. et primò in humilite. Math. 1. Cum eet desponsata. &c. magna fuit humilitas, quod Dna uoluit desponsari seruo, Imperatrix fabro. Vn Bernardus. Quæ est hæc tam venerabilis, ut salutetur ab Angelo, tam humilis ut desponsata sit fabro. Audis ô peuator Virginem? audis et humilem; si go n potes Virginem Virginū imitari, humilitem humilis sequaris, potes n. sn Virginite saluari, sn humilite uo n potes. Maria n. ex Virginite placuit, sed ex humilite concepit. Fuit a. desponsaõ Virginis utilis pp multa. 1º. ut matrimonium bonū ee ostenderetur. 2º. Vt Maria nullo bono priuaretur. 3º. ut hostis fallatur. 4 Vt testis castitis habeatur 5º Vt origo Dnæ describatur, nam scriptura n consueuit fœminas genealogizare. 6º. Vt ab infamiâ seruaretur. 7º. Vt pœna caueretur. 8º. Vt à Chro persecutio tolleretur. 9º. Vt filius procuraretur. 10º. quod ut Dnæ seruiretur.

ii. Vt humilitati coniungatur. 13. Vt Filii charitas et humilitas ostendatur qui voluit potius dici filius fabri, quam Mrem infamari. 14. Vt Mris dignitas humilitati societur, ut quanto maior est, tanto magis se humiliet. Vidd. ut sit Mr Dei et uxor fabri.

Item commendatur à sublimi dignitate, eo quod sit Mr Jesu. Bernardus: O si cui Mr attendas, an non et Dnum Angelorum Maria suum audacter appellat filium, dicens: Fili.

Item commendatur à fidelitate, reposuit n. Deus nrae Redemptionis thesaurum in eâ, ut ibi: Inventa est in utero hns: sed quid? Bernardus. Angeli laetitiam, iustitiam, peccatores veniam. Redde ergo Mr quod debes, obsidem quo redimamur, thesaurum quo ditemur, frem, quo uniemur, Deum per quem exaltemur, hoc n. in utero habes.

Item commendatur à sumā puritē,
ut ibi. De spr̄u Scto. Vn̄ Anselmus:
Nempe decens erat, ut eā puritē aiseret,
quā maior sub Deo intelligi nequit, illa scil:
Virgo, cui Deus Pr̄ unicum filium suum, quem
de corde suo aequalem sibi genitum tnqm
seipsū diligebat, dare disponebat, ut naātr eēt
Vnus idemq cōis Dei Patris et Virginis filius,
et qm̄ ipse sibi substiāl Mr̄em eligebat, et
de quā Spr̄us Scts volebat et opatus erat, ut
conciperetur, et ille nasceretur, de quo ipse
procedebat.

Item commendatur à Nativitatis Dei utilitē, ut
ibi: Joseph fili ⊂ seqr̄. pariet autem filium ⊂
Sed quem Angelorum restauratorem, hōum
Redemptorem, corporalium innovatorem, et
vocabitur nōen eius, dicit Isaias Emanuel,
quodē inr̄pretatū nobiscū Deus. nobiscū
Fraternitē, qa caro et fr̄ nr̄ ē.
Nobiscum conservoē. Joan. Pr̄ quos dedisti
mihi n̄ perdidi. ⊂ Nobiscum provisione

Petrus: omnem sollicitudinem vrām
proiicientes in eum. Et Nobiscum
aeternā inhabitōe. Matth. vlt. Ecce ego
vobiscum sum usq ad consummōem seculi.
Item ipsa est stella in oriente. Matth. 2.
Vidimus stellam eius in oriente. Haec stella
apparet primo peccatori ad Deum redeunti.
Vn̄ sequr̄. Et venimus adorare Dn̄um. Item
turbat Herodem, i.e. diabolum, ut ibi: audiens
a. Herodes turbatus est. et prius diligenter
didicit tempus stellae, i.e. Mariae, quae apparuit A
per nāam in mundo nascendo, et per grām in
mente pctoris apparendo. Herodes i.e. dia-
bolus vehementius expavescit. Item praeparat
sequentibus ducatū, ut ibi: stella, quam vide-
rant in oriente, antecedebat eos, ut reconcilia-
trix reorum, et hospitum invitatrix.
Item peregrinos suos laetificat, ut ibi: Videntes
autem stellā, i.e. Mariam gavisi sunt gaudio
magno valde. Item Maria in duobus assumi
debet ad diabolum fugandū, et in Pr̄iam reducendū.

de 1º Matth. 2. Angelus Dñi apparuit
in somnis Joseph, i.e. peccatori in pctis
dormienti, dicens: surge, scil. a pctis celeriter
et accipe puerum et Mrem eius, videlt Pri
in obbōem puerum, Mrem in reconciliōem,
ut pro te loquatur. De 2º Matth. 2. Angelus
dixit Joseph: surge lætanter et accipe
puerū et Mrem eius, et vade in terrā Israel,
i.e. in cælestem Patriam, defuncti sunt n.
qui quærebant aiam pueri, imò aiam tuā,
scil. dæmones nos tentantes, cogitōes impug-
nantes, mundani decipientes, qui quærunt
grām Chri in te extinguere, et te ad infernū
rapere. Item ipsa est mons illuminōis
omnium beatitudinū. Math. 5. Videns Jesus
turbas ascendit in montem, i.e. in Mariā
in Incarnōe. Prima a. illuminaō beatitudinis
est illuminaō paupertis, ibi: beati pauperes
Spri ⊖ Beati pauperes. gloss. quos n. necessitas,
sed fides et devotio pauperes facit, ut con-
temptis omnibus Deo vivant, talis a. contemptus
omnium temporalium rerū in Bta Virgine

in summo fuit. Quidam n. dant superflua
naturae, non personae. Augustinus: Utere
superfluis et necessaria da pauperibus,
utere pretiosis, et vilia da pauperibus. et
iste est 1mus gradus paupertatis. 2dus gradus
est dare superflua naturae et personae. Luc. 6.
de eo quod superest, da pauperibus. gloss. non
solum exteriora, sed et interiora valde
necessaria cum proximis dividamus.
3tius gradus est. non tantum dare superflua, sed et
necessaria, unde, qui habet duas tunicas etc.
4tus est omnia necessaria & superflua simul dare,
sed adhoc semetipsum retinere, sicut quidam
Philosophorum fecerunt, licet non propter Deum.
Quintus est omnia dare, et seipsum relinquere,
praeterea manibus laborare, ut habeat
unde necessitatem tribuat patienti. hunc
gradum habuit Apostolus. 6tus est omnia dare
et seipsum superaddere. unde in Evangelio Si
vis perfectus esse vade etc. 7mus est omnia
dare et seipsum, et spiritu et corpore
laborare, ut pascat proximum pane spirituali,
et iste est excellentior 6to. quia dicit Gregorius:

Maius est animam reficere spiritualiter, quam
ventrem quoque moriturum. Octavus est omnia
et seipsum relinquere, et de substantia sui
corporis accipere partem ad refectionem
animarum proximorum, sicut Beatissima Virgo,
quae de purissimis carnibus et sanguine nobis
panem vitae confecit, quem qui manducabit,
mortem non gustabit. Nonus est, omnia
dare animam et corpus proprium, et Deitatem
his unitam proximo dare in cibum animae sub
specie alienâ, hic est gradus summae paupertatis
in vitâ. Decimus est seipsum dare totum
corpus et animam, et Deitatem sub specie propriâ
in cibum corporis et animae simul in
beatitudine aeternâ. De quo dicitur. Beatus
qui manducabit panem in regno caelorum.
Hic ergo patet, quod Beatissima Virgo Maria
paupertatem Spiritus habuit excellentius omni
homine praeter Christum, qua cum ipsa
praecellat omnes dignitate, et aequalem
aliis habuit paupertatem, excellit omnes
improportionabiliter in paupertate.

Secunda illuminatio est mititas, ibi: Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Istam mititem et mansuetudinem praeter Christum excellentissime habuit. Gloss. mitis est, qui malis moribus dominatur, quod ipsa perfectissime fecit, eius n. dominium de malis moribus fuit sine pugna, omnium aliorum cum pugna. Item gloss. Mansuetus non irritat, nec irritatur, cogitat n. nulli nocere, et verbis in summo prodesse, hoc ipsa perfectissime impleuit. Unde eam collaudans Ecclesia dicit: Virgo singularis, inter omnes mitis.

Tertia illuminatio est luctus. ibi: Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Qui luctus post Christum excellentissime fuit Beatissima Virgine Mariae. Hieron. Seruitia quanto minus debita, tanto magis grata, sed luctus Beatae Mariae nullo modo fuit debitus debito necessitatis, sed tantummodo debito charitatis, quod sicut luctus eius alius fuit improportionatus, ita et consolatio eius alius et fuit improportionata.

Quarta illuminaõ ē esurici et sitis iustiæ, ibi: Beati qui esuriunt et sitiunt iustiam quod in eâ similiter fuit excellentissimè.

Quinta ē illuminaõ mīæ. ibi: Beati misericordes, qm̄ ipsi mīam consequentur. Cū a. mīæ sit dare et dimittere, Beata Virgo plus omnibus dedit, et sup oēs plus dimisit, gō sup oēs beatitudinem mīæ accepit.

Ambrosius. mīa ē, nullū in miseriâ relinquere, et nullū miserum fare, quod in summo ē in Beatâ Virgine, gō in sumo ht beatitudinem mīæ.

Sexta illuminaõ ē munditiæ, ibi: Beati mundo corde, qm̄ ipsi Deum videbunt, ss hi, ut dicit gloss. mundicordes st, quos n̄ arguit consciā peccatorū, ss hoc in Beatâ Virgine fuit in sumo, gō huit munditiam cordis in sumo.

Septima ē illuminaõ pacis, ut ibi: Beati pacifici, qm̄ filii Dei vocabunr. gloss. dicit.

Dum lex carnis repugnat legi mentis, n̄ m̄o alteri, s̄ nec nobis hoc m̄o possumus ēē pacifici, g̃o sup oēs pacificata existebat, in quâ caro adversus Sp̄rum n̄ rebellavit, et sic ipsa beatitudinem sum̄æ pacis possidebat et possidet.

Octava illuminaō ē martyrii vel persecutionis, ut ibi: Beati qui persecutionem patiūr̄ pp iustiam &c. hic agr̄ de persecutione illa, quæ ē martyrium, cui debetur aureola. Vn̄ Bernardus. Longè eam plus quàm martyrē censemus, in quâ passionis sensū superavit compassionis affectus. Item S. Bernard. sup illud in plenitudine Sctorum detentio mea. Merito in plenitudine Sctorum eius erat detentio, cui n̄ deerat fides Patriarcharū, n̄ Pr̄ptarū Sp̄rus, nec Aplorum Zelus, n̄ constantia Martyrum, non sobrietas Confessorum, non castitas Virginū, nec Angelorū puritas. Isti sunt 8 radii illuminorum, qbus Virgo Maria præ oibus incomparabilr̄ ē illuminata.

Item ipsa est civitas in auxilium et in refugium nobis posita. Matth. 5. Non potest civitas abscondi, i.e. Maria celari, super montem posita scil. virtutum et gratiarum.

Item ipsa est lucerna omnibus lucens. Matth. 5. Neque accendunt scil. Pater et Filius et Spiritus Sanctus lucernam, i.e. Mariam, quae accensa fuit in Die Incarnationis, et ponunt sub modio, sicut faciunt ipsam inhonorando, si super candelabrum, i.e. Ecclesiam, ut luceat indifferenter, omnibus qui in domo sunt, i.e. in Ecclesia vel in mundo.

Item ipsa est altare nostrarum oblationum. Matth. 5. Si offers munus tuum ad altare, i.e. ad Mariam, Vade prius reconciliari Fratri tuo, i.e. Jesu Christo.

Item ipsa est datrix et mutuatrix nostra. Matth. 5. Qui petit, o Maria instanter, da ei. gloss. quae honeste et iuste possunt dari, et volenti mutuare a te, quae dilissima es, ne avertaris:

Item ipsa est sol omnibus se communicans. Matth. 5.

Solem suum i.e. Virginem Mariam oriri A
facit per Naticulem in mundo, per gram
in mente, sup bonos ut confirmentur, consolent,
& illuminentur; et malos, ut convertantur et
salventur: Et pluit sup iustos et iniustos, s̄
ātr et ātr.

Item ipsa ē arbor bona, quae optimū frūm B.
facit. Matth. 7. Non pt arbor bona, i.e.
Maria, bona in naā, melior in grā, s̄
optima in glia, fructū malum facere. glos.
qa à radice fructus arboris pullulat, nec arbor
mala, i.e. Eva misera fructus bonos facit,
qa in amaritudine originalis culpae concipimur
et nascimur.

Item ipsa ē domus totius firmitis. Matth. 7.
Assimilabitur viro sapienti, i.e. Chro, qui
aedificavit domū suā, i.e. Mariam supra
firmam petram. Ille n̄ erit domus Dei,
qui per inconstiam de facili permutatur.
Et descendit pluvia, et venerunt flumina in
passione Filii praedilecti, et flaverunt venti scil.

Vituperatores, et irrisores dicentes: Vah qui destruis templum Dei, et irruerunt in domū illam, i.e. in Mariam; Vn̄ ipsa dicere poterat illud Psalm. ad Patrem. Omnes fluctus tui super me transierunt, sed n̄ cecidit per incredulitatem & infidelitatem sicut Apli; sed stetit fortissima apud Crucem, qa fundata erat supra firmā petram, i.e. Chrum.

Item ipsa est nauicula, in qua transfretauit Filius Dei de littore immortalitatis ad littus mortalitatis, assumens nr̄am humanitatem, ~~con~~ conferens nobis suam Deitatem. Matth. 9. Ascendens Jesus in Nauiculā transfretauit, et venit in ciuitatem suam.

Item ipsa est per centurionem designata, qa ueraciter pt dicere: Nam et ego Maria homo sum, et supra Angelos exaltata hns sub me milites, i.e. Angelos omnes, et dico huic Vade

ad liberandum, consolandum et transferen-
dum socios de terrâ, et vadit obedienter, et
alteri veni et venit.

Item ipsa est per Joseph designata, cui dixit
Rex Aegypti, Uno tm solio regni te praecedam,
absq tuo imperio nullus movebit pedem aut
manum in totâ terrâ aegypti.

Item ipsa est locus thesaurorum Dei. Matth. 12.
Bonus homo, i.e. Christus Deus et homo de bono thesauro
suo, i.e. Virgine Mariâ profert bona scil:
miae, gratiae, et gloriae.

Item ipsa est mons miarum. Matth. 21. Cum
venisset Jesus ad montem Oliveti. gloss. ad
sublimitatem miae respiciens, per oleum n. mia
designatur, Venit quo ad montem oliveti, i.e.
ad Mariam, quin ex eâ incarnatus est.

Huius adventus est triplex utilitas. prima. qa
asina alligata solvitur scil. à poenis peccatorum.

2da Quod in Jerusalem, i.e. Visionem pacis ducitur. 3tia Qa vestimentis discipulorũ tegitur et ornatur, scil. in moribus et in fide.
Item ipsa est ministra pctorum sdm Filii sui constitutionem. Matth. 23 Qui maior est vestrum, erit minister vr, sed ipsa praeter Deum maior omnibus, qo et ministra.
Servit a. libenter. Luc. Ecce ancilla Dni.
Servit universaliter, qa in caelo, in terra, et in purgatorio. Servit humiliter, qa parvo sicut magno, pauperi peccatori sicut diviti iusto. Servit fideliter, qa corpore et sanguine Filii sui nos quotidie pascit et potat.

Euangelium S. Marci.

Initium Euangelii Jesu Chri filii David. D

Dna Angelorum Virgo Maria comparatur A.
grano sinapis. Marc. 10. De quo dr, quod
minus est omnibus oleribus, et hoc p humilitem,
et cum natu fuerit, scil. in mundo appa-
rendo, ascendit in Arborem, quae altitudine
amplitudine annositate transcendit herbarum naum.
alta est, qa ad caelestia sustollitur; ampla, qa
totum mundum occupat; annosa, qa n pt finiri;
Haec tria sunt in arbore scil. Mariâ, quae est maior
gloriâ et charitate omnibus oleribus, i.e. Angelis
et hoibus, et facit ramos. gloss. miae et com-
passionis, magnos, ut sub umbrâ protectionis
eius possint aues caeli, i.e. Sancti Dei, imo et
pctores habitare fiducialr pp securitem,
gaudenter pp umbrositem, Utilr pp fructuo-
sitem.

Item ipsa est ceruical oium Virtutum, in quo filius B
Dei dormit. Marci. 4. Erat ipse in puppi
i.e. Mariâ dormiens, qa talem alibi regem

non inuenit, et excitant eum discipuli et dicunt
ei, Mgr, n̄ ad te pertinet qa perimus. et
exurgens interrogōe comminatus est vento i.e.
diabolo et dicit mari, i.e. oībꝫ tentoībꝫ, tace,
obmutesce. Item ipsa est vidua pauper, sed lar-
gissima dilatrix totius Ecclīae. Nullus n. Angelorū
vel hoīum tm̄ dedit, quantū ipsa. Marci. 12.
Vidua haec pauper ~~sibi~~ sibi rebꝫ, i.e. Maria, plꝫ
oībꝫ misit, plus in qnte. pretiositē, utilitē,
qa misit Chrm̄ filium suū in laetitiam de-
solatorū, in illuminōem caecorū, in liberōem capti-
vorū. Item ipsa est prima, quae post Deū
reuertenti pctori occurrit. Marci. 19.
Ite in ciuitēm, scil. Ecclīae comunionē, quam
ō pctores per pctū amisistis, et occurret vobis
hō, i.e. Maria tnqm̄ Mr̄, festinanter. Eccli.
obuiabit illi quasi Mr̄ honorificata, amphorā,
vel lagenā aquae ~~portans~~ scil. grārum et miae
baiulans. Sed nunc audiamus consilium Dei. Sequere,
eamus veraciter, qa tunc n̄ errabimus; et securiter
qa ab oī incursu defendere poterit; et laetanter
qa adducit ad Jesum. Vn̄ sequr̄: in domū. scil. caelestē,
in quā intrat, scil. in gloriosā eius Assumptione.
Qō meritō beatus hō cui tu occurris ō Maria,
occurre quaeso mihi peccatori, et duc clementer
in domū tuā.

Euangelium S. Lucæ.

Fuit in diebus Herodis Regis Judææ sacerdos quidam nomine Zacharias de vicissitudine sacerdotii Abiæ, et uxor illius de filiabus Aaron, et nomen eius Elisabeth. Erant autem justi ambo coram Deo, incedentes in omnibus mandatis et justificationibus Domini sine querela. Et non erat illis filius, eo quod esset Elisabeth sterilis, et ambo provecti erant in diebus suis. Factum autem est, cum sacerdotio fungeretur in ordine vicissitudinis suæ coram Deo, secundum consuetudinem sacerdotii sortem exivit ut incensum ponens introiret in templum Domini. Et omnis multitudo erat orans foris hora incensi. Apparuit autem illi Angelus Domini stans a dextris altaris incensi. Et turbatus est Zacharias videns eum, et timor irruit super eum. Dixit autem ei Angelus: Ne timeas Zacharia, quia exaudita est deprecatio tua, et uxor tua Elisabeth pariet tibi filium, et vocabitur nomen eius Joannes. Et erit gaudium tibi et exultatio, et multi in nativitate eius gaudebunt. Erit enim magnus coram Domino, et vinum et sicerum non bibet, et Spiritu Sancto replebitur adhuc ex utero matris suæ. Et multos filiorum Israel convertet ad Dominum Deum ipsorum. Et ipse praeibit ante illum in spiritu et virtute Eliae, ut convertat corda patrum in filios, et incredulos ad prudentiam justorum, parare Domino plebem perfectam. Et dixit Zacharias ad Angelum: Unde hoc sciam? ego enim sum senex, et uxor mea processerunt in diebus suis. Et respondens Angelus dixit ei: Ego sum Gabriel, qui astabam coram Deo, et missus sum loqui ad te, et haec evangelizare tibi. Et ecce eris tacens, et non valens loqui usque in diem quo haec fiant, eo quod non credideris verbis meis, quae implebuntur in tempore suo. Et erat plebs exspectans Zachariam, et mirabantur quod tardaret in templo. Egressus autem non poterat loqui illis, et intellexerunt quia visionem vidisset in templo. Et ipse erat innuens eis, et mansit mutus. Et factum est, ut impleti sunt dies officii eius, abiit in domum suam. Post haec autem diebus concepit Elisabeth uxor eius, et occultabat se menses quinque, dicens quia sic mihi fecit Dominus in diebus quibus aspexit ablatam meam inter homines. Mense autem sexto missus est Angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilaeae, cui nomen Nazareth, ad virginem desponsatam viro cui nomen erat Joseph, de domo David, et nomen virginis Maria. Et ingressus Angelus ad eam dixit: Ave gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Quae cum audisset, turbata est in sermone eius, et cogitabat quae esset salutatio haec. Et ait Angelus ei: Ne timeas Maria, invenisti enim gratiam apud Deum. Ecce concipies in utero, et pariet filium, et vocabitur nomen eius Jesus. Hic erit magnus, et Filius Altissimi vocabitur, et dabit illi Dominus Deus sedem David patris eius, et regnabit in domo Jacob in aeternum, et regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad Angelum: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et respondens Angelus dixit ei: Spiritus Sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi. Et ideo quod ex te nascetur sanctum, vocabitur Filius Dei. Et ecce Elisabeth cognata tua, ipsa quoque concepit filium in senectute sua, et hic mensis sextus illi quae vocatur sterilis, quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. Dixit autem Maria: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Et discessit ab eo Angelus.

Et surgens Maria abiit in montana cum festinatione in civitatem Juda, et intravit in domum Zachariae, et salutavit Elisabeth. Et factum est, ut audivit salutationem Mariae Elisabeth, exultavit infans in utero eius, et repleta est Spiritu Sancto Elisabeth, et exclamavit voce magna, et dixit: Benedicta tu inter mulieres, et benedictus fructus ventris tui. Et unde hoc mihi, ut veniat mater Domini mea ad me? Ecce enim ut facta est vox salutationis tuae in aures meas, exultavit in gaudio infans in utero meo. Et beatus quae credidisti, quoniam perficientur ea quae dicta sunt tibi a Domino. Et ait Maria: Magnificat anima mea Dominum, et exultavit spiritus meus in Deo salutari meo, quia respexit humilitatem ancillae suae, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes, quia fecit mihi magna qui potens est, et sanctum nomen eius, et misericordia eius a progenie in progenies timentibus eum. Fecit potentiam in brachio suo, dispersit superbos mente cordis sui, deposuit potentes de sede, et exaltavit humiles, esurientes implevit bonis, et divites dimisit inanes. Suscepit Israel puerum suum, recordatus misericordiae suae, sicut locutus est ad patres nostros, Abraham et semini eius usque in saeculum. Mansit autem Maria cum illa quasi menses tres, et reversa est in domum suam. Elisabeth autem tempus peperit filium, et audierunt vicini et cognati eius quia magnificavit Dominus misericordiam suam cum illa, et gratulabantur ei. Factum autem est in die octavo, venerunt circumcidere puerum, et vocabant eum nomine patris sui Zachariae. Et respondens mater eius dixit: Non, sed vocabitur Joannes. Et dixerunt ad eum: Quia nemo est de cognatione tua qui vocetur hoc nomine. Innuebant autem patri eius quem nolit vocari eum. Et petens pugillarem scribebat dicens: Joannes est nomen eius. Et mirati sunt omnes. Aperuit autem os eius continuo, et lingua eius, et locutus benedicebat Deum. Et factus est timor super omnes vicinos eorum, et per montana Judaea divulgabantur omnia verba haec. Et posuerunt omnes qui audierant in corde suo, dicentes: Quid putas puer iste erit? Et manus Domini erat cum illo. Et Zacharias pater eius repletus est Spiritu Sancto, et prophetavit dicens: Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitavit et fecit redemptionem plebis suae, et erexit cornu salutis nobis in domo David pueri sui, sicut locutus est per os sanctorum qui a saeculo sunt prophetarum suorum, salutem ex inimicis nostris, et de manu omnium qui oderunt nos, facere misericordiam cum patribus nostris, et memorari testamenti sui sancti, jusjurandum quod juravit ad Abraham patrem nostrum, dare nobis, sine timore de manu inimicorum liberatos, serviamus illi in sanctitate et justitia coram ipso omnibus diebus nostris. Et tu puer vocaberis propheta Altissimi, praeibis enim ante faciem Domini parare viam eius, ad dandam scientiam salutis plebi eius in remissionem peccatorum eorum, per viscera misericordiae Dei nostri, in quibus visitavit nos oriens ex alto, illuminare eis qui in tenebris et umbra mortis sedent, ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Puer autem crescebat, et confortabatur spiritu, et erat in desertis usque ad diem ostensionis suae ad Israel.

Factum autem est in illis diebus, exivit edictum a Caesare Augusto, ut describeretur universus orbis. Haec descriptio prima facta est a praeside Syriae Cyrino. Et ibant omnes ut profitentur singuli in suam civitatem. Ascendit autem et Joseph a Galilaea de civitate Nazareth in Judaeam, in civitatem David quae vocatur Bethlehem, eo quod esset de domo et familia David, ut profiteretur cum Maria desponsata sibi uxore praegnante. Factum autem est, cum essent illic, impleti sunt dies ut pareret. Et peperit filium suum primogenitum, et pannis involvit eum, et reclinavit eum in praesepio, quia non erat eis locus in diversorio. Et pastores erant in regione eadem vigilantes, et custodientes vigilias noctis super gregem suum. Et ecce Angelus Domini stetit juxta illos, et claritas Dei circumfulsit eos, et timuerunt timore magno. Et dixit eis Angelus: Ne timeatis, ecce enim evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus est vobis hodie Salvator, qui est Christus Dominus in civitate David. Et hoc vobis signum: Invenietis infantem pannis involutum, et positum in praesepio. Et subito facta sunt cum Angelo multitudo militiae coelestis laudantium Deum et dicentium: Gloria in altissimis Deo, et in terra pax hominibus bonae voluntatis. Et factum est, ut abierunt Angeli a pastoribus in coelum, pastores loquebantur ad invicem: Transeamus usque Bethlehem, et videamus hoc verbum quod factum est, quod Dominus ostendit nobis. Et venerunt festinantes, et inventerunt Mariam et Joseph, et infantem positum in praesepio. Videntes autem cognoverunt de verbo quod dictum erat eis de puero hoc. Et omnes qui audierunt mirati sunt, et de pastorum verbis ad illos. Maria autem conservabat omnia verba haec, conferens in corde suo. Et reversi sunt pastores glorificantes et laudantes Deum in omnibus quae audierant et viderant sicut dictum est ad illos.

Et postquam consumpti sunt dies octo ut circumcidatur puer, vocatum est nomen eius Jesus, quod vocatum est ab Angelo antequam conceptus esset in utero. Et postquam impleti sunt dies purgationis eorum secundum legem Moysi, tulerunt eum Jerusalem ut sisterent eum Domino, sicut scriptum est in lege Domini: Quia omne masculinum adaperiens vulvam sanctum Domino vocabitur, et ut darent hostiam secundum quod dictum est in lege Domini: Par turturum aut duos pullos columbae. Et ecce homo erat in Jerusalem cui nomen erat Simeon, et homo iste justus et timoratus exspectans consolationem Israel, et Spiritus Sanctus erat in eo. Et responsum accepit a Spiritu Sancto non visurum se mortem nisi prius videret Christum Domini. Et venit in spiritu in templum. Et cum inducerent puerum Jesum parentes eius ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo, et ipse accepit eum in ulnas suas, et benedixit Deum et dixit: Nunc dimittis servum tuum Domine secundum verbum tuum in pace, quia viderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum, lumen ad revelationem gentium, et gloriam plebis tuae Israel. Et erant pater eius et mater mirantes super his quae dicebantur de illo. Et benedixit illis Simeon, et dixit ad Mariam matrem eius: Ecce hic positus est in ruinam et in resurrectionem multorum in Israel, et in signum cui contradicetur, et tuam ipsius animam pertransibit gladius, ut revelentur ex multis cordibus cogitationes. Et erat Anna prophetissa, filia Phanuel de tribu Aser, haec processerat in diebus multis, vixerat cum viro suo annis septem a virginitate sua, et haec vidua usque ad annos octoginta quatuor, quae non recedebat de templo jejunis et obsecrationibus serviens nocte ac die. Et haec ipsa hora superveniens confitebatur Deo, et loquebatur de illo omnibus qui exspectabant redemptionem Israel. Et ut perfecerunt omnia secundum legem Domini, reversi sunt in Galilaeam civitatem suam Nazareth. Puer autem crescebat, et confortabatur plenus sapientia, et gratia Dei erat super eum. Et ibant parentes eius per singulos annos in Jerusalem in die festo Paschae. Et cum factus esset annorum duodecim, ascendentibus illis secundum consuetudinem diei festi, et consumpsissent dies, cum redirent remansit puer Jesus in Jerusalem, et non cognoverunt parentes eius. Existimantes autem illum esse in comitatu venerunt iter diei, et quaerebant eum inter cognatos et notos. Et non invenientes regressi sunt in Jerusalem quaerentes eum. Et factum est post tertium diem invenerunt eum in templo sedentem in medio doctorum audientem et interrogantem eos. Stupebant autem omnes qui audiebant eum super prudentia et responsis eius. Et videntes eum mirati sunt, et dixit mater eius ad eum: Quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus et ego dolentes quaerebamus te. Et ait ad illos: Quid est quod me quaerebatis? Nescitis quia in his quae Patris mei sunt oportet me esse? Et ipsi non intellexerunt verbum quod locutus est ad eos. Et descendit cum eis, et venit Nazareth, et erat subditus illis. Et mater eius conservabat omnia verba haec in corde suo. Et Jesus proficiebat sapientia et aetate et gratia apud Deum et homines.

decepit; qm ad bonitem in eo, quod nihil de contingentibus omisit, in oi eo, quod Mris suae honori et nrae utilitati necrium fuit. Secundo necria fuit ad Angelicae dignitatis ostensionem. quae in tribus ostenditur. 1o. qa Angelus hic offm suum scil. nunciandi in summo exercuit. 2o. qa summi consilii conscius fuit. 3o. qa summam beatitudinem hominum nunciavit. Tertio et fuit necria ad Virginis commendoem, quae in tribus ostenditur. 1o. In hoc n aliq nuncius quam Angelus Gabriel mittitur. 2o. in hoc, quod cum ea tam multa mysteria loqr. 3o. In hoc quod Deus non nisi cum consensu Mariae nrae salutis opus operatur, quem consensum Angelus praeparavit. Quarto et fuit necria ad nram utilitem scil: ad fidei confirmoem, ad amicitiae Angelorum ostensionem, et ad salutis nrae procuroem. Seqr. Angelus Gabriel. Iste Angelus n fuit de maioribus, sed fuit Archangelus, et hoc in Virginis honorem; qa si Angelus de superioribus

mitteretur, ab ipso illuminari crederetur;
t minoribus go mittitur, ut ostendatur, quod
Angelus tm est negotii minister, et exterior
delator: Deus a. per seipsum est negotii
operator, salutaris dictator, intelligiae
inspirator, et mentis ad consensum inclinator,
modi executionis expositor; Vn Angelus
requisitus de modo, transmittit ad Sprum
Sctum: Sprus Sctus, inquiens, superveniet
in te. Apparuit a. ei Gabriel in clara
veste, ut dicunt quidam, ad honorem illius
qui processit velut lux de luce, et hoc, ut
credam, in ortu diei, ut cum sole oriente
naali oriretur Sol iustae Chrus Deus nr.
Seqr in civilem. si obiciatur quod ista
annuntiao n debuit fieri in civile, sed
in dignissimo loco, scil. in templo, pp dignissi-
mum opus. Resp. Quod dnus in oibus factis
principalioribus, quae in mundo gessit spr in
ioi fieri, per hoc ostendens, quare in
mundum venisset. Jnr peccatores natus

ante bouem et asinū in præsepe locatus,
inr peccatores conuersatur, inter latrones
crucifixus, resurgens peccatrici apparuit
primus, sci et in ciuitē quæ ē locus cōis
concipi uoluit, qui pp nrām salutem d
cælo descendit, ut ostenderet qa pro oībus
venit. In Viâ natus fuit, qa suâ uitâ nobis
fuit et debuit ēē uiâ ad regnū cælorū.
Extra portam passus fuit, qa per ipsius Passionē
n liberatur quis nisi de conuersione pcti ad eū
egrediatur. Sequitur, Gallilææ, quæ ē regio
quæ à Judæis et gentibus inhabitatur, et sic
in regione cōi concipi uoluit, qui pro omnibus
nasci uoluit; n n. Judæorū Deus tm, sed et
gentium. Regio illa nōe suo ppreter Incar,
nōis optime expressit. Gallilæa n. inrpretatur
reuelaō, siue transmigraō, et in hac Annuntiōe
erat sumōrū secretorū reuelaō, qn Verbū
qui lucem inhabitat inaccessibilem, caro factū ē.
Simili mō transmigraō maxima, scil: de ignōrcâ
in sciam, de culpâ in gram, de Vmbrâ in Veritem,

de Diuinitate in Humanitatem, quae mansa
fuit. Sequitur, cui nomen Nazareth. Nazaret
inter pretatur flos. Bene ergo Christus in Naza-
reth conceptus fuit, quia sicut odor de flore
sine corruptione, sic ipse saluo Virginitatis decore
et Matris integritate processit. Sequitur. ad Vir-
ginem. sed quare non ad mulierem? Resp. quia
Initium fuit a muliere sub ratione muleris, et
non sub ratione Virginis. Eua n. in quam Virgo nos
non perdidit, sed in quam coniuncta Viro, cum
nos carnaliter generauit. Vnde Augustinus Peccatum
originale nascitur ex voluntate concupiscentiae,
quae annexa est commixtioni seminum, cui
Vulneri subiacere non debuit, qui Vulnus
curare Venit. Item ad Virginem. quia generatio
temporalis est imago aeternae generationis. Vnde
sicut aeterna generatio est de uno ente incor-
rupto et indiuiso, ita generatio temporalis
esse debuit, Vna de incorrupta, hoc est, de Virgine.
Creditur etiam, quod B.ma Virgo in actu contemplationis

fuerit, qn̄ ei Incarnatio venit. Elevabat
autem in sum̄am potestem, in eo quod
supra nam̄ genuit, et ad hanc elevabatur
fides, iuxta illud. Omnia possibilia sunt
credenti. Elevabatur et in sum̄am
dignitem, per hoc, quod totius creaturæ
per incarnaōem Mr̄ effecta est, et ad hanc
elevabatur humilitas iuxta illud. Qui
se humiliat exaltabitur. Elevabat
et in sum̄ā charitem, per hoc quod
Deo sum̄a et propinquissima fuit: Utpote
quæ ipsius filia, Mr̄, soror et sponsa
fuit, et ad hanc elevabatur charitas
iuxta illud: Ego diligentes me diligo.
Elevabat et in sum̄am familiaritem,
et illā faciebat castitas. iuxta illud:
incorruptio facit propinquū Deo. Elevabat
gō tota, quæ tota replebatur et tota
glorificabatur. seqr̄. Desponsatam

Matth. 1. Cum esset desponsata. Ista desponsatio
utilis fuit ad multa. Creditur quod Deum
concepit tali aetate, quae perfecta fuit statu
et corporis quantitate. Sequitur. Viro, cui nomen Joseph.
Joseph Vir erat per constantiam fidelitatis quam
ad iustitiam, Vir per Virtutem castitatis quam
ad temperantiam, Vir per excellentiam discre-
tionis quam ad prudentiam, Vir per strenuitatem
operationis quam ad fortitudinem, et sic notatur in
ipso excellentia et Virtutum Cardinalium. Bernard.
Non est dubium, ~~quod~~ quia bonus homo et fidelis fuerit
iste. Sequitur. de domo David. sed quaeritur
Cum hic mundissima Dei conceptio describatur,
cur David qui quamquam notorius peccator extitit,
ibi ponatur: Dicendum quod non ideo hic
ponatur, quod peccator fuerit, sed quod Joseph
ab eo carnaliter descendit, et per imitationem
in Virtutibus similis illi fuerit. Nec propter peccati
maculam, quam per poenitentiam deleuit, minus
in genealogia Domini notari debuit, sed audacter
praedicari, cum hoc et peccatoribus confidentiam

generet, et eius mciam augmentet. Qui dixit,
Quacunq hora pctor ingemuerit & Seqr, et
nõen Virginis Mariã. Notdm: quod Beata
Virgo interpretõem sui nõis n de novo acquisivit,
ss et in hoc et nata fuit, ppr n. stella maris
fuit, et tam praecedentes se, quam et sequentes
illuminavit, qe nisi per fidem Verbi Incarnati
vel incarnãdi de Virgine nqm alicuius salus
fuit. Vn et ipsa in fide hõum et Dei electione
et confirmõe Dnã et regina omnium creãarum
extitit pp. Vn ipsa illud Prov. consequr
dicere pt: Deus possedit me. & Vel illud
Wondũ erant abyssi & Sciendũ et quod hoc
nõen Maria, Virgini nrae convenientissime
impositum est pp tria: 1o pp personae
dignitem. 2o pp actionis suae utilitem.
3o pp conceptionis Divinae ppnitem.
Dignitas personae exprimitur per naam lucis,
quae intelligr in stella maris. Sicut n. nihil

pulchrius et nobilius luce, ita post Deum nihil
dignius Mariâ. et notandū, quod hæc B.
Virgo n̄ solum à luce Divinâ sicut Luna à
sole illuminata fuit, sed et ipsam lucem, quæ
Deus est, et se produxit, sicut aurora solem,
qui ōra illuminabilia illuminavit, et sicut
in B.tâ Virgine per nāam lucis exprimitur
excellēia dignitatis. Utilitas actionis intelli-
gitur in hoc, quod ōes naufragos ducit,
deducit, conducit, reducit, perducit ad
portū æternæ salutis. Proprietas con-
ceptionis Divinæ signatur per hoc, qa
sicut Sidgradium profert Virgo filium sn̄
diminutione, sn̄ corruptione. Et ingressus
Angelus ad eam dixit. Hic commendatur
Maria à pudicitiâ sūmâ. Vn̄ Bernardus.
Ingressus ad eam, puto in secretarium pudici
cubiculi, ubi illa horâ forsan sup se clausis
ostiis orabat Patrem suū in abscondito. Non

n. apertū inuenit Angelus Virginis ostiū,
cuius propositum fuerat, fugere hōrum
frequentias, vitare colloquia, ne orantis
silentium turbaretur. Ex his Verbis Bernardus.
Credunt quidam B.mam Virginē in adventu
Angeli inclinatis genibus et eleuatis puris
manibus, erectis in cœlū oculis ad Patrem
miārum, pro incarnōe filii sui deuotissimē
preces cū lacrimis ~~fud~~ fudisse, et Angelo
Venienti reuerenter assurrexisse, et perceptā
eius nuntiōē credentem in eam consensisse,
et quam cilius impletā salutōe Sanctis rursū
in terrā genibus, et in cœlū eleuatis oculis
et manibus ex intimo corde erumpentibus lacrymis
præ gaudio deuotissimē grās egisse. Et ille
S. modus eorū, qui de manu Angeli, i.e.
sacerdotis suscipiunt Corpus Dominicū de
altari. Sequ. Aue. Aue, quasi sn̄ Vae ~~corp~~
corporis et aīæ, per pctum incurrit hō
triplex vae in corpore. 1.m est corporis distem-
perāo, et nāalium appetitiuū inordināo.

2dm est ipsius corporis et aciae ad invicem repugnatio, qua caro concupiscit adversus spiritum. 3m ipsius corporis post mortem ~~incinere~~ incineratio. Sub isto triplici Vae fuit Beata Virgo in corpore, quae corpus habet Virginitate integrum, cum spiritus pacificatum, et nunquam post mortem incinerandum. Ex parte aciae habet homo triplex vae. Errorem in rationabili, dolorem in concupiscibili, pudorem in irascibili: ab isto etiam triplici Vae immunis fuit B. V. Maria, quae nec in discretione, nec in electione nec in executione unquam erravit. Item est aliud triplex Vae, scilicet culpae, poenae, ignorantiae. Vae culpae est triplex, scilicet originalis actualis, venialis. Vel ita Vae avaritiae in opere, vae luxuriae in corpore, vae superbiae in corde. de isto triplici vae dicitur Apocal. Vae Vae Vae omnibus habitantibus in terra.

